









1764.

1. Heufeld, Jo. August, Tac. jur. Decimus: 5 De divisione territoriorum Germaniae simulque solemnia inang. Georgii Guilielmi Hauser indicit.
2. Heufeld, Jo. August: De bonis debitorum post eorum cessationem ordinaris simulque solemnia inaugurationis Jacobi Hauseri Franc. de Lobkowitz indicit.
3. Heufeld, Jo. Augustus: De beneficiis competentiae ex proprio aequo ac tertio jure.
4. Schmidt, Joach. Erdmann: De servitutibus juris publici falsi nomine sic appellatis.
5. Schmidt, Joach. Erdmann: De ducibus non des. Anas, quo. Tum p[ro] mentio in matriculis imperii, frustra propter mosam quaeritis, feliciter in Polonia invenieritis.
6. Walchius, Carolus Frider: De cura versus Illustrissim., ex legibus chartis ve publicis eruta.
7. Walchius, Carolus Frider: De nobilibus jure civis. Latis donatis.

1769

8. Walchius, Coradus Frider: De bonis liberorum Len. 3.  
Laviensium prospectibus, dem vorgehenden Felt.
9. Widelburg, Dr. Em. Bartlus: Examen virium mathematicarum 4.  
mechanicarum geometricum et physicum. 5.
- 1765.
1. Bernus, Petrus Taculus: De triplite cognitionis 6.  
humanae adnotando principio, experientia, ratione  
et testimonio. <sup>9</sup> simulque dominus J. de Hartlieb. - 7  
à Casterniam relicturus - - . gratulabimur des prose-  
gustus. 8
2. Heimburgius, Dr. Leop, Fac. jur. protecurus: Inaenam 9  
paena incestus materialae cum ejus sororis filio  
commisiss[is] [commissi.] jure criminali Corbires  
oblineat? Programma: Gott. Faust. Gusteluis Taly-  
manis - - . dissertationi praemissum. 10

1765.

3. Hellfeld, Jo. Augustus: De aitore forum rei haud  
semper sequente.
4. Hellfeld, Jo. Augustus: De successione Illustrum  
langraam privatorum in allodia
5. Rave, Tacitus: De interpretatione Cap. 3. Nov. 115
6. Scheidemantel, Henr. Godspedo: De successione Illustrum  
allodiali privata.
7. Schmidtius, Schut. Lud. Carol: De juris tractus cum  
jure collectandi nexu necessario
8. Schmidtius, Schut. Lud. Carol: De causis, ex quibus  
permissa est rerum, quae minus sunt, alienatio.
9. Schmidt, Trachinus Erdmannus, prodecurus fac. jur:  
Programma: "De repressatis in causis laesionum  
pacis Guelphicae non plane illicitis", quo Gott-  
hold Cenerarii . . . disputationem . . . indicit.
10. Schmidt, Trachinus Erdm: Programma: "De paragio  
a peragio et operagio distincto, quo Henrici  
Godspedi Scheidemantel . . . dissertationem . . . indicit."

1765.

119<sup>et</sup>  
= Ligesar, Aug. *Rudolphus Cordus*, Lib. baro de :

de visitatione *judicii* *Cameralis imperii*. 2 Tomi



8,84.  
88.  
1764, 8

DISSERTATIO IVRIS GERMANICI

---

DE  
BONIS  
LIBERORVM LINDAVIENSIVM  
PROFECTITIIS  
DEM VERFANGENEN GVTH

---

QVAM  
PRAESIDE  
CAROLO FRIDER. WALCHIO

IVR. DOCTOR. AC PROF. PVBLICO ORDINARIO CVRIAE  
PROVINCIAL. SAX. AC SCABINORVM COLLEGII ADSESSORE  
SOCIETATVM LATINAE IENENSIS EPHORO AC FLOREN-  
TINAE COLVMBARIAE COLLEGA

D. VII. IVL. ANN. CIOIOCLXIIII.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBMITTIT  
IOANNES SCHIELIN  
LINDAV. ACRONIAN. IVRIVM CVLTOB.

---

I E N A E  
LITTERIS STRAVSSIANIS.

LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF  
MICHIGAN

ANN ARBOR  
MICHIGAN  
CAROLUS WILHELMUS

1774  
MICHIGAN

AD 1774  
MICHIGAN



VIRIS  
MAGNIFICIS ATQVE ILLVSTRI BV S  
GENEROSISSIMIS PRAENOBILISSIMIS  
CONSVLTISSIMIS AMPLISSIMIS  
ILLVSTRIS  
SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERAE REIPVBLICAE LINDAVIENSIS  
PRO CERIBVS SPLENDIDISSIMIS  
DOMINIS  
C O N S V L I B V S  
PRAETORI  
CONCILII SECRETIORIS  
ADSESSORIBVS  
SYNDICIS  
TOTIQVE ORDINI SENATORIO

PATRONIS AC MAECENATIBVS

OMNI PIETATIS CVLTV

SEMPER SVSPICIENDIS

STVDIORVM SVORVM ACADEMICORVM

SPECIMEN

SACRVM ESSE IVBET

SIMVLQVE

SE SVASQVE RES

EA QVA DECET OBSERVANTIA

SVMMA REVERENTIA AC STVDIO

OMNIQVE MENTIS SVBMISSIONE

COMMENDAT

IOANNES SCHIELIN.



DISSERTATIONIS IURIS GERMANICI  
DE  
BONIS  
LIBERORVM LINDAVIENSIVM  
PROFECTITIIS,  
*dem verfangenen Guth.*

§. I.



SINGULARIS profecto memoratuque digna est natura bonorum illorum, quae in florentissima Lindaviensium republica ad liberos, defuncto vno eorum parente, eius ex hereditate perveniunt et penes illos sub nomine *des verfangenen Guthes* nota sunt. Quae de illis sapientissimi eorum legumilatores praecipuum, haud descendunt ex iuribus Romanorum ac peculiorum distinctione, in istis quidem fundata; sed a nobis nunquam in Germania adoptata, ut recte observant IO. RVD. ENGAVIVS *a)*, CHRIST. GOTTL. RICCIUS *b)* ac IO. PHIL. CARRACHIVS *c)*.

A

Neque

*a)* element. iuris Germ. lib. I. tit. XI. membr. 3. §. 303.

*b)* privileg. ad Engavii ius Ger-

man. loc. laudat. p. 450.

*c)* different. iuris Romani ac Germ. in peculitis in primis filiorum familias,

Neque vero minus sanctiones hae, de rebus liberorum profectiis latae, dissidere videntur a moribus Germanorum, ideoque nemini mirum fore speramus, vbi crucem illas figere iurium Germanicorum studioso, statuamus; neque, bona haec paullo curatius contemplaturi, laboris superuacanei culpam vereamur.

## §. II.

NECESSE est, vt ante omnia in ipsum nomen bonorum illorum, de quibus iam disputamus, oculos coniciamus, quum singulare est atque dignum, quod paullo intentius intueamur. Descendit illud a vocula, ab antiquissimis temporibus vsque ad nostra seruat nobisque multis cum nationibus vicinis, Anglis, Suecis, Islandis atque aliis communi, *fangen*. Licet ne ruri quidem quisquam existat, qui non sciret, quaenam vis sit ac potestas huius verbi; merito tamen monemus, duplicem illud sustinere notionem, communem nimirum ac iurisconsultorum propriam. Quum in priore vocabulum hoc capere quidquam, *prebendere*, *circumdare* denotat, vti potissimum GVIL. SOMNERVS *d*), STEPH. SKINNERVS, *e*) IO. GEORG. WACHTERS *f*) ac CHRIST. GOTTL. HALTAUSIVS *g*) monent, sensu legitimo occupare quidquam: *vindicare*, *sibi quid acquirere* significat. Cuius quidem rei duo illustria documenta nobis praebet diligentissimus verborum scrutator, OLAVS VERELIVS, *h*) quum

Hal. c1d10ccxxxv. Dissentit inter recentiores FRID. HEVSINGERVS, *diff. de iure peculii aduentitii extraordinarii, cap. I. p. 6.*

*d*) dictionar. Saxon. Latino-Anglico, voce *fang*.

*e*) etymolog. linguae Anglicanae, voc. *fangs*.

*f*) glossar. germanico, tom. I. p. 412.

*g*) glossar. germanico medii aevi, voc. *versfangen*, p. 845.

*h*) indice linguae veteris Septentrionalis, p. 63.

quum de vocula *fang* tradit, per illam intelligi *id*, quod quocumque titulo adquisitum erat: immo titulum possessionis ac rerum partarum; sed longe euentius id adparet pluribus ex vocabulis, nostra quidem aetate haud vsitatis; quondam vero a iurisconsultis potissimum ac legumlatoribus isto ex verbo formatis. Referimus eorum in numerum 1) *ansfangen*, *anevangbe*, quum illa *vindicare*, *vindicationem*, vt nemo negare potest, significant. Adhibent potissimum leges verba haec de vindicatione earum rerum, quae furto sunt ablatae, vt ius prouinciale ALAMANNICVM i): *der diuphait; oder raup kaufet vnd der angevangen wird: ius GOSLARIENSE k): men ne mach nicht anevangben, denne vorduet Gut eder gerouet*; nec non ius AVGVSTANVM l), quo sequentia leguntur verba: *Wa ain Mann sin diepiget, oder sin raubiges Vih vindet es si vos oder rint, oder ander, Vih das sol er anvaben mit des Richters boten*. Per id quoque accidit, vt tam antiquiores m); quam recentiores iuris interpretes atque in his IO. GOTTL. HEINECCIUS n), IO. GEORG. WACHTERS o), CHRIST. GOTTL. HALTAVSIUS p) verba haec saltem de vindicatione rerum furtinarum intelligenda esse existiment; ea tamen ad aliarum quoque rerum vindicationem esse adplicanda, BERN. CHRIST. GRASSHOF q) recte animaduertit eique eo lubentius adfentimur, vbi verba iuris iudicarii prouincialis,

A 2 lis,

i) cap. CCCXII.

k) leg. Goslaricnsis, apud LEYBENITIVM, tom. III. scriptorum rerum Brunsvicensium, p. 530.

l) iur. Augustan. in MSCR. cap. CXXI, p. 108.

m) vocabulario iuris Saxonici, antiquioribus speculæ Saxonici editionibus adiecto, voc. *Anefangk*.

n) *element. iuris Germanici*, tom. II. libr. II. tit. III. §. 136, p. 492.

o) *glossar. Germanic. tom. I. p. 56.*

p) loc. memorat.

q) syllabo vocum nonnullar. in codicibus des Keyserrechts occurrentium, tom. I. corp. iuris Germanici perill. SENCKENBERGII, p. 310.

lis, a perillustri HENR. CHRIST. L. B. [DE SENCKENBERG 1) vulgati, intuemur: *dese clage komet to van anmange ende is altus, waeneer du beues angevangen, dat diin js, haec actio oritur ex eo, quod dicitur anwange, cuius haec est notio, firem, quam tuam esse ais, ceu tuam occupas. Coniungimus isto cum vocabulo 2) nomen pecuniae, pro vindicatione rei furtivae debitae, fursfang. Mentionem eius faciunt potissimum in legibus suis AVGVSTANI 3); nec solum eius summam definiunt; sed, quando quoque illa sit soluenda, praescribunt: *welch handvich versfangen wird in dieser Stat, wird das begrifen in eines biderben Mannes Gewalt, der ein unverprochen man ist, gat der für Gericht vnd schwert zu den Heiligen, daß er das Vich hat gekauft auf freien Marckt, es si in der Statt, oder vsserhalb der Statt vnd nimmt im den Aid, daß er des Mannes nit erkenne, der im das Vich geben hat, vnd des Schubes nicht gegeben moege, der ist des Burggravens nicht schuldig wan des Fursfangs. Eadem ratione illud occurrit in iure BAVRAVICO antiquiori, a IO. HEVMANNO 4) iuris publici facto: *wem sein gut verstolen würde, chunit das für Recht, das soll er berechten sein Hant selb drit, oder ain mit dreyen Eyden, das es ze derselben sein wär, e daz ez ihm diewplich verstolen ward, vnd bewt sein sey, dez sol er genießen, vnd sol dem Richter seinen fursfang geben, als vorgeschrieben is, quocum iuris STYRICI 5) ac CARINTHIENSIS 6) loca coniungas; neque vero Saxonibus pecuniam hanc sub nomine des fursfangs fuille***

1) Richtstg Landrecht, cap. XXXIII. in SENCKENBERGII *corp. iur. German. tom. I. p. 70.*  
 2) iur. Augustano, cap. CXXIII. sq. p. 110.  
 3) iur. Bavarico, tit. II. §. wie man verstolen Gut berechnen sollt, in

IO. HEVMANNI *opusculis iuris Germanici, p. 63.*

4) *Stayr. Landgerichtsordn. part. III. tit. 7.*

5) *Kaerndtische Landgerichtsordn. de anno CIOIOLXXVIII. fol. 17.a.*



fuisse ignotam, constat ex fragmento statutorum FREYBERGENSIUM a CHRIST. GOTTL. HALTAVSIO y) edito. Profecto pecunia haec isto nomine signata haud fuisset, nisi ea pro vindicatione ac recuperatione rei solueretur hancque nostrates sub nomine: *fangen* indicarent; verum enim vero eadem huius vocabuli notio causata est, cur 3) ab Islandis plena adquisitio *fusfang* diceretur, teste OLAO VERELIO z) ac 4) vocabula: *Bivanc, Nuwenbiuanc terram occupatam, nouiter adquisitam* significarent. a)

## §. III.

EAM quum notionem sustinet in legibus antiquioribus aequae ac iurisconsultorum scriptis verbum *fangen*, unacum vocabulis, ex eo formatis, etiam *verfangen* *ius in rem quamdam adquirere, nexu quodam illam obstringere* significat. Ista quidem notio, quam vulgus nostro adhuc tempore huic vocabulo tribuit, maioribus nostris haud prorsus ignota erat b); ab eo tamen significatus iste longe differt, quo verbum hoc sumitur in statutis VIENNENSIBUS c) aequae ac AVGVSTANIS d), quum in illis haec legimus: *wer sich zeuges vormisset, vmbraubts Guts vnd verstols, das in seiner Gewalt verfangen wirdet, der berrenndie*, haec autem *verfaben* et *anfaben* ita distinguunt, vt hoc adprehensionem; illud autem ipsam denotet occupationem: *mag er dez Richters Boten nicht gehalten, so soll er es selb anvaben, vntz an den Richter, vnd soll man das Vih antwurten in des Richters Gewalt vnd soll es für Gerichte*

A 3

führen

y) glossar. German. p. 1991.

z) loc. laudat.

a) obseruante GRASSHOVIO, loc. citat.

b) conferas OTTFRIDVM psalm.

XXXXVIII. V. IO.

c) statut. Viennens. in VFFENBACHII, bibliothec. codic. p. 97.

d) cod. iur. Aug. cap. CXXIII. p. 110.

*furen vnd sol es verfaben, als recht ist.* Quid mirum itaque, quod Sueui potissimum ea bona, quae tertio sunt obligata, licet is ea non possideat, *die Verfangenschaft* vocent, ac ius tertio eam in rem competens nomine *des Verfangenschaftrechts* designent? *VLSENSIS e)* subito vocabulo ea bona intelligunt, in quae liberi ius, vt in legitimam habent: *es waere dem Sach, das dardurch den Kindern vnd Eltern ire Legitima vnnnd gebuhrender Pfochtbeit oder andere Verfangenschaft entzogen wuere;* *FRIEBVRGENSES* autem duplici sub notione vocabulum hoc adhibent, atque vno eorum statutorum loco *f)* sub eo bona, quorum proprietas vni; alteri vsusfructus competit, intelligunt; altero *g)* autem sub nomine isto res liberorum, quae defuncto vno eorum parente ad eos sunt deuolutae et in superstitis adhuc existunt possessione, comprehendunt. Haec vera istius verbi est notio, quam illud aliis quoque in locis Sueuorum sustinet, vt ex scriptis *PAVLL. MATTH. WEHNERI h)*, *IO. IAC. SPEIDELII i)*, *CHRIST. BESOLDI k)*, *IO. IAC. HELFERICHI l)* aliorumque patet; *LINDAVIENSIS m)* vero eadem bona liberorum, quae eorum parentes possident, *die verfangene Guther* vocant. Quum *VLSENSIS n)*, vbi bona ista a reliquis nomine quodam distinguerentur, cautionis, quam parentes liberis ob ea praestare

e) *statut. Vlmens. part. I. tit. X. §. 2.*

f) *niewe Statrechten der Stadt Freyburg, tract. III. tit. III. fol. 61.*

g) *tract. III. tit. III. fol. 56.*

h) *in obseruat. pract. voce: Verfangenschaftsrecht, p. 470.*

i) *thesaur. practic. voce: Verfangene Guther num. 18.*

k) *speculo obseruationum iuridic.*

*car. p. 1288.*

l) *diff. de secundis nuptiis secund. iura Sueuo Halersia, p. 26.*

m) *in des Heil. Röm. Reichsfl. Lindau Vogtey vnd Vormundschaftsordnung tit. VII. quae adiecta est der Lindauischen Gerichts- vnd Processordnung, p. 125.*

n) *statut. Vlmens. part. I. tit. III. §. 2.*

stare solent, rationem habent ideoque ea *die verträsete Gütber* vocant, LINDAVIENSES ad securitatem istam haud respiciunt. Ius potius, quod liberi in illis habent, considerant: nomine *derer verfangenen Gütber*, ea designant ac per id ius PALATINVM *nn*) acque ac WVRTENBERGICVM *o*) imitantur, quorum vtrumque eodem vocabulo vititur, vbi rerum istarum fit mentio.

## §. III.

HAEC de nomine bonorum nostrorum: ad rem ipsam progredimur, ac illorum indolem paullo curatius perpendimus. Sunt illa bona, quae *defuncto vno coniuge, eius ex hereditate sunt delata ratione proprietatis ad liberos; quoad usumfructum vero alterum ad coniugem.* Evidenter hoc patet ex descriptione harum rerum, quam LINDAVIENSES *p*) ita nobis exhibent: *Wann ein Ehe gemücht, Mann oder Weib, welche vnbedingt vnd obne besondern Heurathscontract zusammen kommen, vor dem andern mit Tod abgieng, vnd Kinder hinter sich verlies, solle derselben all ibres abgestorbenen Vatters oder Mutter zugebracht, ererbt vnd respectiue errungen und verlassend, fahrend vnd liegendes Guth beimgefallen vnd dasselbige alles ihr verfangen vnd eigen angefallen Erbguith heissen vnd seyn.* Non opus est, vt ad rem hanc testificandam quidquam adiciamus; sed confectaria potius ex hic definitione ducimus. Ea quum rite est formata, I) bona nostra cogitare haud possumus; quam si duo in illis deprehendimus requisita; nec solum ista ad liberos parentis ex hereditate sunt delata; verum etiam ab altero eorum parente adhuc possidentur. Ne-

*nn*) Württembergisches Landrecht, de ann. 1554. fol. 203.

*o*) Clurpsaelsche Landesordnung,

libr. III. tit. XIII. §. 2.

*p*) Lindauische Gerichts- und Processordnung, p. 126.

Necesse ita est, *vt bona haec ad liberos per hereditatem perueniant*, quumque hoc fieri nequit; nisi defunctus parens dominus rerum istarum factus fuerit, illud ante omnia iis in bonis est supponendum. Haud interest, vtrum defunctus coniux ante initum matrimonium bona haec possederit; an ea sibi postea demum adquisiuerit; neque adquirentium originis ratio est habenda, siue per hereditatem; siue proprio labore; siue alio modo rebus istis ille potitus fuerit. Non sine causa legumlatores ad bona haec profectitia referunt *all ibres abgestorbenen Vaters; oder Mutters zugebracht ererbt vnd respectiue errungenes Gut*; nec iis cum Sueuis faciunt, qui ob communionem bonorum, quae quondam penes illos vbique fere obtinuit, haud omnia parentis bona eius post obitum ad liberos deuolui patiuntur ac vel minimum illatas res ab acquisitis curate distinguunt. Nominant potius LINDAVIENSES omnia ac singula bonorum genera, quae relinqui possunt a coniuge, quumque haud ignari sunt regulae illius iuris Germanici: *Erfnis is keen Winste, hereditas non est adhaerens q*), praeter illata bona non solum ea, quae per hereditatem ad defunctum coniugem perueniunt; sed etiam adquisita rerum illarum in censum scribenda esse moment, quae nomine *derer versungenen Gutber* sunt notae; simul tamen per id ab iis omnia ea bona, quae aliunde venere; neque a parentibus profecta sunt, *von Gros Eltern oder anderwaerts her immediate auf die Kinder fallende Gutber oder andere bona aduentitia* excludunt. Neque vero sufficit, bona haec parentibus competiisse; sed necesse quo-

q) tradunt hoc prouerbiu GEORG. TOB. PISTORIUS *ibef. paroeniar. cent. III. p. 85. P. 348.* FRID. EISENHARDVS in *denen Grundsaetzen des seusschen Rechts in Sprich-*

*woertern, sect. III. num. 18. p. 185. et IO. RVD. ENGAV diss. de commun. bonorum inter coniuges Sueuos, §. 53. inter eos tamen solum hic recte id nobis explicare videtur.*

quoque est, *vt ii liberis illa post mortem relinquant*, vt LINDAVIENSES haud obscure tradunt, quum bona haec *das verlassene, denen Kindern angefallene Guth* vocant. Ex eo merito argumentamur, sub bonis nostris profectitiis, de quibus sermo nobis est, comprehendi haud posse ea, quae defunctus parens in liberos inter viuos transtulit, atque addimus, non minus illa in *usufructu coniugis superstitis esse debere*, quum, vbi iste ad liberos transit, bonaque haec a reliquis rebus coniugis superstitis sunt separata, ratio cessat, cur ab iis nomine *des verfangenen Guthes* distinguantur. Sicuti autem omnia haec necessaria quasi consecutione colliguntur nostra ex definitione; ita II) ex eadem concludimus, omnia quoque bona, quae ab vno parente post eius obitum ad liberos perueniunt et alterius in possessione adhuc existunt, omni discrimine ac delectu remoto, sub nomine *des verfangenen Guthes* intelligi. Iam tradidimus, haud respiciendam esse originem eorum; nec quidquam interesse, vtrum defunctus coniux, antequam nuptias celebrauerit, bona ista sibi adquisiuerit; an illa sortitus sit, iis iam contractis. Eadem ratione haud distinguimus inter res mobiles et immobiles. Licet ea sit secundum vera iuris Germanici principia usufructus hereditatis; vel alius rerum vniuersitatis natura, vt usufructuario rerum mobilium tribuat dominium eiusque rei clara documenta praebeat tutela illa fructuaria feudalis, Germanis quondam acque ac Gallis vsitata<sup>7)</sup>, atque ius coniugis, alterius mobilia

B

mobilia

7) videas chartam Friderici II. de ann. CIOCCXVI. apud KETTERNERVUM antiquit. Quedinburg. p. 217. *Gloss. iuris feudalis Saxon. cap. 26.* multasque consuetudinum

Gallicarum collectiones, a PVFENDORFIO, tom. I. obseruat. iur. vniuersi obs. XXXVII. §. 20. nominatas.

mobilia, post mortem sibi vindicandi, in diuersis provinciis receptum s); eorum tamen proprietatem LINDAVIENSES liberis adsignant eandemque ob causam illa non minus; quam immobilia sub nomine bonorum profectitorum, *des versfangenen Guttes*, comprehendunt: immo iis res incorporales accensent. Mentionem quidem saltem faciunt rerum mobilium et immobilium, *des liegenden vnd sabrenden Guttes*; sub earum tamen nomine incorporales quoque res intelligendas esse, partim ex eo patet, quod generatim de omnibus bonis, a coniuge relictis, *all ibrem Gut*, loquuntur; partim ex usufructu nominum perspiciamus, ipsis adsignato. t)

## §. V.

HAEC sunt bona, quae penes Lindavienses sub nomine *des versfangenen Guttes* signantur, in se spectata: iam ad iura progredimur, quae partim coniugi superstiti eius, qui illa reliquit; partim liberis in iis concedunt LINDAVIENSES. Conuertimus oculos primum in illa, quumque ea ita comparata esse deprehendamus, vt, quibus competunt, parentes, non solum bona haec administrent; verum etiam eorum habeant usufructum, donec viuis eximantur, siue in viduitatis maneant statu; siue cum eo commutent aliud matrimonium: siue patriis in aedibus adhuc existant liberi; siue illas reliquerint, merito ante omnia in verum fundamentum amplissimae huius parentum facultatis inquirimus; postea autem ipsam eius indolem curatius inspiciamus.

## §. VI.

s) legas: 10. GEORG. ESTOR, diff. de iure deuolutionis, cap. III. IAC. FRID. MOEGLING, collat. iuris Romani cum statut. Halensis,

cap. 2. §. 4. QVINT. SEPT. FLOR. RIVINVM, disp. iurid. ac philol. sopp. disp. VIII. p. 133. t) loc. cit. §. 6.



illorumque potestatem cum tutela comparare: in capitalibus regum Francorum patriae potestati solum eos, qui legitimam aetatem haud habent, submitti: ALAMANNOS *c)* istam potestatem vocare *mundium*; patrem autem a BURCHARDO *d)*, ut eleganter docuit CAR. ANDR. BRAVNIVS *e)* *mundiburdiu*; siue tutorem, uti CAR. DV FRESNE, *f)* IO. RVD. ENGAVIVS *g)*, IO. PETR. de LVDWIG *h)* aliique ostenderunt: immo adhuc speculatorem SAXONEM istam potestatem vocare *die Vormundschaft i)*, nobiscum consentiet; nec in V. C. FRID. ESAI. PVFENDORFII *k)* sententiam discedet, qui aliter sentire videtur. Tutores vero quondam semper in tuendorum bonis habebant vsumfructum. Omnia quidem haec mutata esse constat recentiore aetate, quumque tempore, quo compilata sunt iura Saxonica, tutoribus saltem, qui pupillorum erant heredes, vsumfructum hunc maiores nostri concederent, etiam istis postea illum denegatum esse, certum est; antea autem distinctione hac supersedebant fructusque, ex rebus pupillorum capiendos, omnibus tutoribus relinquebant, quemadmodum copiosius exposuimus HENR. GIESEBERTVS *l)*, IO. FRID. POLAC *m)*, IO. GOTTL. HEINECCIUS *n)*, FRID. ES. PVFENDORFIVS *o)* IO. PETR.

*c)* apud GOLDASTVM, *scriptor. rerum Alamann. tom. II. p. 18.*

*d)* lib. VIII. cap. 10. fol. 115.

*e)* de vsumfructus in bonis liberorum fundamento, part. II. ca. I. §. 5. p. 75.

*f)* gloss. med. et infimae latinizationis, tom. III. p. 675.

*g)* diss. de poenis in tutore petendo negligentium, §. I.

*h)* in opusculis miscellis, tom. II. p. 1073.

*i)* ius prov. Saxon. lib. I. ant. II.

*k)* obseruat. iuris vniuersi, tom. I. obs. XCIII. §. 13. p. 268.

*l)* pericul. statut. II. art. 24. n. 306.

*m)* system. iurisprad. Germ. lib. I. cap. XIII. §. 7. p. 52.

*n)* element. iuris Germ. lib. I. tit. XV. §. 354. p. 289.

*o)* diss. de tutela fructuar. §. I. in IO. GEORG. ESTORIS kleineren sentschen Schrifften, part. I. p. 442.



IO. PETR. DE LVDWIG, p) CAR. GVIL. GAERTNERVS q), IO. CAR. HENR. DREYERVS r) atque alii. Quae quum ita sese habeant: necessaria consecutione ex iis confici potest, patriam potestatem parentibus vsufructum tribuisse; verum enim vero id aliunde etiam constat. Prouocamus hanc in rem ad leges WISIGOTHORVM s): innumeras fere Gallorum consuetudines, ex moribus patriis descendentes, t) immo ac iura, media aetate conscripta, quae in eos conueniunt v), quod parentibus eo tempore, quo eorum durat potestas, fructus capere liceat; ab iis autem minime abhorrent iura prouinciarum aequae ac municipiorum hodierna, a CAR. AD. BRAVNIO x) THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAUSIO y) ac potissimum CAROLO HOFMANNO z) indicata. Neque vero 11) inficiandum est, eam esse patriae penes nostrates potestatis naturam atque indolem, vt, quum ea sola ex parentum obligatione, liberos educandi, descendit eiusque vterque parens ob pactum, inter eos hac de re initum, particeps factus est, illa quoque ad vtrumque, quamdiu ambo in viuis sint, spectet; alterutro autem mortuo, superstiti adcreseat, siue sit mater; siue pater, atque ab

B 3

illo

p) *differentiis iuris Rom. ac Germanici in fructuum attributione tutela vsu fructuaria tom. II. opusculor. miscellor. p. 1203.*

q) *not. ad leg. Saxon. p. 75.*

r) *vsu genuino iuris Anglosax. p. 101. Addas PRAESIDEM, diss. de tutela extraneor. legitima, sect. II, §. VII. p. 83.*

s) *libr. III. tit. III. §. V. apud GEORGISCH corpor. iuris Germanici, p. 1967.*

t) *nominant ea FRID. ES. PV-*

*FENDORFVS, diss. de tutela fructuaria, in IO. GEORG. ESTOR, kleinen reutschen Schrifften, part. XI. p. 422. ac THEOD. GEORG. GVIL. EMMINGHAUS diss. de vsufructu patris in bonis liberorum maxime feudaliibus, cap. II. §. XV. p. 15.*

v) *spec. Saxon. libr. I. art. II.*

x) *loc. laudat.*

y) *loc. memorat.*

z) *diss. de vsufructu parentum statutario, Norimbergae, CIOI9CCXXXVIII.*

illo iuris ex Germanici praecepto semper continetur bonis in liberorum vsufructus, quem iam cum defuncto coniuge antea propter patriam potestatem exercuit. Participem iam quondam fuisse matrem potestatis istius, dum pater adhuc viuat, nemo negabit, vbi considerat, WISIGOTHOS iam cauisse: a) *flagellandi et corripendi liberos quam diu sunt in familia constituti tam auo; quam auiae seu patri; quam matri potestas manebit ac simul recordatur*, BAIUVAROS b) vtrique parenti ius liberis exadmandi; siue vindicandi, c) tribuisse. Plura iura municipalia aequae ac prouincialia mentionem faciunt patriae potestatis sub nomine *der Gewalt der Eltern: des Vaters und der Mutter* d) ac per id haud obscure docent, iuris Germanici interpretes merito communi mente et voce potestatem hanc vtrique parenti simul adsignare; eadem vero ratione extra omnem dubitationem est positum, quod mater eam huius potestatis partem, quam viuo iam habuit marito, haud perdat eius post obitum; sed potius illa alteri, quam quondam pater habuit, adrescat, ac simul ipsi vsufructum adquirat. Silent quidem hac de re SALII aequae ac RIPVARI; memoratu tamen digna sunt,

a) *libr. III. tit. V. §. I.*

b) *synodo Tbassilonis episcoporum ac procerum Boioariae de ann. 1000LXXII. apud IO. PETR. DE LVDEWIG, diss. de principum S. R. I. potestate in sacris ante pacem religionis, §. XXXI. p. 104.*

c) vti doctè obseruat CHRIST. GOTTL. RICCIUS, *diss. de praescriptione Germanorum, cap. XVI. §. 4. p. 140.*

d) *Statuta Eriburgensia, quae existant apud IO. SCHILTERVM, not.*

*ad Königsbouii Elfsässcher und Strasburger Chronic, p. 12. Malbusina, libr. III. art. 20. §. I. p. 437. Ius Coburgense ecclesiasticum, apud MOSERVM, corp. iur. eccles. tom. I. p. 451. aliisque. IVST. HENNING. BOEHMERVS, diss. de statu liberorum sui iuris factorum per separationem; vel per nuptias, cap. II. §. 8. ac IO. VLRIC. CHRIST. TRESSENRETERVS, diss. de emancipatione minus plena, Altorfi, CID 1000LVIII.*

sunt, quae hanc in rem a BVRGVNDIONIBVS ac WISIGOTHIS sint lata. Illi hoc constituerunt e), nepos amisso patre cum rebus omnibus ad aui ordinationem; vel sollicitudinem conferatur. Ea tamen ratione, si mater eius secundas nuptias crediderit eligendas. Ceterum, si nubere, electa castitate, distulerit, filii cum omni facultate in eius solatio ac potestate consistant; ab his autem haec sanita sunt: f) si patre mortuo in maiore aetate filii relinquuntur, mater eorum tutelam, si voluerit, recipiat. Si tamen in viduitate permanferit, ita, ut de rebus filii debitis inuentarium faciat, per quod postmodum filii hereditatem delatam quaerant. Neque iis aduersari videtur lex SAXONVM g), quum in eius loco tantum, quem defunctus priori in matrimonio procreauit, cura posterioris viduae tribuitur, ac per id nondum huic potestas in liberos ipsius denegatur, licet id multi atque in his quoque IO. GOTTL. HEINECCIUS, h) FRID. ES. PVFENDORFIVS i) ac CAR. AD. BRAVNIVS k) persuasum habeant; media autem aetate idem obtinuisse ac iure Saxonico matri, defuncto eius coniuge, potestatem in liberos, cum vsufructu eorum in bonis coniunctam, tribui, contra BENEDICTVM CARPZOVIVM l) CHRIST. PHIL. RICHTERVS m) monstrauit, cui MATTH. WESENBEIVS n), AVG. BERLICH o), CAR. AD. BRAVNIVS p), IO. GOTTL. HEINECCIUS

e) tit. LVIII. et tit. LXVI. §. 2.

f) lib. III. tit. II. §. 13. et libr.

III. tit. III.

g) tit. VII. §. 2.

h) element iuris Germanici, libr.

I. tit. VI. §. 139. tom. I. p. 106. et

diff. de vsufructu materno Hambur-

gerisi, §. 21.

i) obseruat. iuris vniuersi, tom. I.

abs. LXXXVIII. p. 269.

k) diff. de fundamento vsufructus parentum sec. II. cap. II. p. 96.

l) iurisprud. forens. part. II. const.

X. def. 13. vt et libr. VI. responso.

tit. VII. resp. 70.

m) decif. XVIII. num. II. sqq.

n) paratit. I. ad pandect. tit. de

tutelis, num. 3.

o) quaest. practica. quaest. 46. num. 5.

p) loc. laudat.

CIVS *q*) ac nuperrime illustris IO. CASP. HEIMBURGIVS *r*) accesserunt. Nimis quum diuagaremur, si ad recentiora quoque iura oculos conuerteremus ac ex his nominaremus, magnam eorum iurium copiam, quae potestatem illam patriam, matri post patris obitum competentem confirmant, lectores ad supra laudatos viros, IO. GOTTL. HEINECCIUM, *s*) IO. CASP. HEIMBURGIVM *t*) ac FERD. CHRIST. HARPPRECHTVM *o*) ablegamus.

## §. VII.

EA quum est patriae potestatis Germanorum natura, vt parentibus in liberorum bonis concedat vsumfructum hicque, soluto matrimonii per mortem vnus, vinculo, penes superstitem semper maneat, siue sit pater; siue mater, arbitrari forsitan quisquam posset, etiam iura, quae LINDAVIENSES in bonis, ad eos ab vno coniuge deuolutis, superstiti tribuunt, quaeue potissimum in vsumfructu consistant, ista ex patria potestate proficisci; verumenimvero duo argumenta eaque grauissima impediunt; quo minus idem existimemus. Supra iam animaduertimus, ea iura haud cessare, licet liberi maiores sint facti: ex patria potestate exierint, propriamque insituerint oeconomiam, vt clare quoque id liquet ex verbis LINDAVIENSIS *x*) sanctionis; illud autem haud cogitari posset, vbi ex patria potestate saltem ius hoc proficisceretur. Finita ista potestate, cessare quoque vsumfructum, in illa fundatum, inter omnes constat; istam

*q*) loc. excitat.

*r*) *diff. de vsumfructu materno in bonis aduent. len. c1313 cclxiii.*

*s*) *diff. de vsumfructu materno iuris Germanici, Halaë, c1313 cccxxxiii.*

*t*) loc. laudato.

*v*) *diff. de vsumfructu statuario materno, Tubingae, c1313 cciiii.*

*x*) *Lindauische Gerichts- und Proceßordn. p. 126.*

istam autem maiorenitate liberorum cessare, certum est; nec disquisitione quadam eget, licet id in dubium vocauerit CHRIST. THOMASIVS. y) Videmus iam illud ex eo, quod, vt supra docuimus, potestas haec species fit tutelae; verumenimvero idem aliunde quoque comprobare possumus. Non sine ratione TACITVS z) fortitudinem iuuenem quemdam maiorem facere, hocque facto, eum statim partem domus paternae esse destinere tradit, *tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater; vel propinquus scuto frameaque iuuenem ornant. Haec apud illos toga, hic primus iuuentae honos, ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae, ac per id amplissimum nobis exhibet testimonium, filios e patria domo statim exiisse, vbi armis sint decorati; siue, quod idem est, pro maioribus declarati; neque necesse fuisse, vt voluntas patris accederet; sed peragi hoc potuisse a principe; vel propinquis eius; vel patre. Consentiant cum illo capitularia, a) dum patrem saltim pro filio suo rationem reddere iubent, vbi nondum legitimos habeat annos; neque quidquam aliud sapiunt iura, quae media tulit aetas. Nominamus ex iis speculum SVEVICVM, b) quum haec tradit: *der Vater soll seinen Son von ihm sondern, so er fünf und zwanzig Jahr alt ist, mit als vieles gutes als er gelisten mag, also das ihm das mehrere Theil bleibe.* Multo euidentiuss autem illud docet ius, quod sub CAESAREI nomine vulgavit perillustris SENCKENBERG: c) *wan aber das Kind kommt an dy exirt der bescheydenbeyt, so hat der Keyser dem Vater keine Gewalt gegeben, dem Sone zu züch-**

y) diff. de quasi emancipat. Germanor. §. LI. p. 37.

z) de mor. Germanor. cap. XIII. p. 82.

a) addit. III. cap. CXVIII. et

CLXII.

b) cap. CCLXXXII.

c) Kayserrecht, part. II. cap. 6. in SENCKENBERGII, corp. iuris Germ. tom. I, p. 25.

*züchtigen durch dez besten millen.* Facili negotio plura eius rei documenta adferre liceret; sed breuitatis caussa lectores ad CHRIST. GOTTL. RICCIUM, *d)* GEORG. BEYERVM, *e)* IVST. CHRIST. DITHMARVM, *f)* GYNTH. ALB. RENZIUM, *g)* IO. STEPH. PUTTERVM *h)* ablegamus. Sequentiore aetate paullo mutata quidem haec esse constat, quum nunquam patria in domo restarent liberi, a patria potestate liberati; neque eius pars manerent, ac per id efficeretur, vt institutio separatae oeconomiae praeter maiorenitatem in eo, qui ex patria exiret potestate, requireretur, vti CHRIST. THOMASIVS, *i)* GOTHOFREDVS BARTHIVS, *k)* CHRIST. FERD. HARPREDTUS, *l)* GEORG. FRID. KRAVSIVS *m)*, CHRIST. VLRIC. GRUPEN *n)* atque alii copiosius monstrant; in eo tamen consentiunt, quod finiatur potestas et cum ea vsusfructus, vbi ista separata oeconomia sit instituta. Quo quaeso itaque pacto statuere possumus, vsusfructum hunc, quem LINDAVIENSES parentibus tribuunt, patria ex potestate esse deriuandum? Accedit II. alia adhuc ratio, cur illud haud existimare nobis liceat. Cautum est hoc de vsusfructu in LINDAVIENSIBVS statutis, vt vsusfructus penes coniugem superstitem maneret, licet

*d)* *Spicileg. ad Engau. elem. iuris Germanici, libr. I. tit. XI. membr. III. p. 472.*

*e)* *delineat. iuris Germanici, libr. I. c. XXVI. p. III.*

*f)* *not. ad Tacit. loc. laud. p. 82.*

*g)* *mixtur. iur. Rom. et Germanici in materia patr. potestatis, thes. III. p. 6.*

*h)* *Aement. iur. Germanici, p. 151.*

*i)* *diss. de qu. si emancipatione Germanor. Hal. CIOIOCCIII.*

*k)* *diss. de emancipatione Saxonica, quae in eius dissertat. iuridicis a GEORG. CHRIST. GEBAUERO editis, exstat p. 815.*

*l)* *de separatione liberorum ob oeconomiam separatam, Tubing. CIOIOCLXXVIII.*

*m)* *de differentia emancipationis tacitae Romanae ac Germanicae, Vitemb. CIOIOCLVIII.*

*n)* *discept. forens. cap. II. p. 65.*

licet aliud ineat matrimonium o): *es soll denen Eltern die Nutznießung ad dies vitae verbleiben, sie bleiben in Witwenstand; oder verheurathen sich wieder.* Si iterum descendamus in amplissimum patriae potestatis campum, videmus, eam parentibus ideo potissimum competere, quod imperant societati illi domesticae, in qua liberos procrearunt, ideoque illos statim eius expertes fieri, vbi istam societatem relinquunt, atque aliam ineant. Si quis est, cui dubium quoddam hac in re adhuc residet, illud statim euellere possumus legibus quibusdam, quae antiquiore potissimum aetate sunt latae. Ex illis nominamus leges trium nationum, quae in Germania quondam admodum celebres fuerunt, BAIUVARIORVM, BVRGVNDIONVM, ac WISIGOTHORVM, quumque isti praecipiant: p) *viduae si post mortem mariti in viduitate permaneant, aequalem inter filios suos, id est, qualem vnus ex filiis usufructuariam habeant portionem, vsque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideant, illi haec sanxere q): nepos amisso patre cum rebus omnibus ad aui ordinationem; vel sollicitudinem conferatur; ea tamen ratione, si mater eius secundas nuptias crediderit eligendas. Ceterum, si nubere, electa castitate, distulerit filii cum omni facultate in eius solatio ac potestate consistant; hi autem inter patrem ac matrem distinguunt, et quidem matrem; minime vero patrem patria ista potestate priuant, quia nimium Romanorum sapiunt leges. Quod si pater, aiunt, nouercam superduxerit, qui valde indignum est, vt filii eius patris potestate, vel gubernatione relicta, in alterius factionem deueniant, filios suos pater ille, qui nouercam induxerit, non relinquat; sed filios et res eorum iuxta superiorem modum tuitionis, ordine negat;*

C 2

alio

o) loc. excitat.  
p) tit. XIII. cap. 6.

q) tit. LIX. tit. LXVI. § 2. tit.  
LXXXV. §. 1.

alio vero loco *r*) matris mentio fit, eique tutela, mortuo marito, adsignatur; ea tamen adiiciuntur verba, *si tamen in viduitate permauserit*. Quae legibus WISIGOTHORVM facta est, distinctio irrepsit quoque in multas recentiores leges prouinciales pariter ac municipales ac per id accidit, vt relinquunt patri potestatem illam ac cum ea vsum fructum, licet iterum aliam ducat uxorem, vt ius WVR-  
 TEMBERGICVM *s*), BADENSE, *t*), SOLMENSE *v*), PALATI-  
 NUM *x*), HAMBURGENSE *y*), MAGDEBURGICVM *z*) at-  
 que alia; matri tamen, vbi alii viro nubat, in omnibus  
 fere iuribus ille denegatur. Breuitatis causa saltem pro-  
 uocamus ad ius BARVTHINVM, *a*) FRANCONICVM *b*),  
 SCHAVENBURGICVM *c*), NASSOICVM *d*), HAMBUR-  
 GENSE *e*), LVBECENSE *f*), MVLHVSANVM *g*), ER-  
 FORDIENSE *h*) atque ea, quae IO. GOTTL. HEINEC-  
 CIVS *i*), V. C. IO. HENR. CHR. DE SELCHOW *k*) ac CHRIST.  
 GOTTL. RICCIUS *l*) tradunt et ex eo concludimus, vsum  
 fructum, quem LINDAVIENSES parentibus tribuunt,  
 nullo modo ex patria, ipsis alioquin competente, potesta-  
 te posse deriuari.

## §. VIII.

- |  |  |
|--|--|
| <i>r</i> ) <i>libr. IIII. tit. II. §. 3.</i>     | <i>c</i> ) <i>Schauenburgische Policeyord-</i>     |
| <i>s</i> ) <i>Württembergisches Landrecht,</i>   | <i>nung, part. IIII. cap. 7.</i>                   |
| <i>part. IIII. tit. VI.</i>                      | <i>e</i> ) <i>loc. citat.</i>                      |
| <i>t</i> ) <i>Badensches Landrecht, part.</i>    | <i>f</i> ) <i>Lubeckische Statuten, part. II.</i>  |
| <i>VI. lit. 6.</i>                               | <i>tit. II.</i>                                    |
| <i>v</i> ) <i>Solmishes Landrecht, part. II.</i> | <i>g</i> ) <i>lib. IIII. art. 30.</i>              |
| <i>tit. XXVIII. §. 6.</i>                        | <i>h</i> ) <i>Churmaynzische Ordnungen</i>         |
| <i>x</i> ) <i>Churpfälzisches Landrecht,</i>     | <i>vor dero Statt Erfurth, von Succession</i>      |
| <i>part. IIII. tit. 13.</i>                      | <i>der Ebegatten, tit. IIII. §. 4.</i>             |
| <i>y</i> ) <i>Hamburgische Statuten, part.</i>   | <i>i</i> ) <i>element. iuris Germanici, libr.</i>  |
| <i>III. tit. III.</i>                            | <i>I. tit. VIII. §. 163. tom. I. p. 126.</i>       |
| <i>z</i> ) <i>Magdeburgische Landesordn.</i>     | <i>k</i> ) <i>institut. iuris Germanici, libr.</i> |
| <i>cap. XXXII. §. 2.</i>                         | <i>III. cap. 2. §. 214. p. 135.</i>                |
| <i>a</i> ) <i>Bayreuthische Landesordnung</i>    | <i>l</i> ) <i>loc. excitat.</i>                    |
| <i>tit. LXXX. ant. 3.</i>                        |  |



## §. VIII.

ITAQUE necesse est, vt alibi fontem quaeramus, ex quo insignia illa parentum Lindauiensium iura promanarunt; neque arduum per id impositum nobis negotium sentimus, quum illorum principia, vbi rem paulo curatius consideremus, inuenimus in satis celebri communionem bonorum vniuersali, quae quondam in Germania vbique fere viguit. Eius natura a iurisconsultis ita est euoluta, vt acta ageremus, vbi illam explicare vellemus eandemque ob causam solum 2) monemus, istam olim vbique viguisse. Recte hoc tradiderunt: IO. PETR. LVDEWIG, m) IO. GOTTL. HEINECCIUS, n) DIEDRICH. HERMANN KEMMERICH, o) HENRIC. BROCKES, p) IO. STEPH. PUTTERVS, q) BALTH. DIETTERICH, r) HENR. BALEMANN S). Neque dubitamus, eorum in sententiam discedere, vbi in vitroque speculo mentionem fieri videamus istius communionis. Nimum diuagaremur a proposito, vbi disquirere vellemus, num Taciti aetate coniux alterius bonorum particeps factus sit; nec ne? atque trutina quadam examinare communem fere doctorum hominum sententiam, vniuersalem communionem

C 3

m) *diff. iur. Rom. et Germ. in success. coniug. tom. II. opus p. 1302.*

n) *element. iuris Germanici, libr. I. tit. XII. §. 274. p. 222.*

o) *diff. de societate bonorum coniugali, Ienae, CIOIOCCXXXVIII. §. XII. p. 9.*

p) *diff. de bonorum coniuges inter Hambergens. communionem, Ienae, CIOIOCCXXXVII. §. VII.*

q) *element. iuris Germanici, §. 258. p. 91.*

r) *discursu academico de eo, quod circa communionum bonorum dominii translatiuam inter coniuges ex iure naturae, ecclesiastico, Romano, Germanico, praecipuis et singulariter Bambergensi patrio iustum esse videtur, Bambergae, CIOIOCCLVIII.*

s) *tractat. iuridica de femina ex antiquitat. legibus Roman. German. ac Lubecensibus, sect. II. cap. III. §. 13. p. 202.*

nionem bonorum ante duodecimum seculum fuisse ignotam; sed adquiescimus potius in eo, quod isto tempore Saxones aequae ac Sueui illam adprobauerint, et, quae verba profert EYKIVS DE REPGOV: *t) Mann vnd Weib haben kein gezwieiet Gut zu ihrem Leibe*, eadem repetierit speculator SVEVVS. *v)* Referre quidem volunt V. C. CHRIST. GOTTL. RICCIUS *x)*, IO. FRID. EISENHARTVS *y)* verba Saxonis ad eam tutelam mariti, cui subiecta est femina; sed peruenit EXCKIVS ad illam, quibusdam demum verbis interiectis, et antea tam generatim bona vtriusque coniugi communia esse, tradit, vt nullo modo ea tam stricte explicare possimus, quemadmodum merito quoque monet IO. CAR. SPENERVS. *z)* Liquet id quoque ex alio iuris SAXONICI loco: *a) Mann vnd Weib sitzen miteinander in gleicher Gewalt*; quo veroposito, merito adfirmare nos oportet, isto tempore, vbique communionem hanc valuisse in Germania, quum iamdudum doctissimi viri eas consuetudines, quae vtroque in speculo traduntur, vniuersa in Germania quondam obtinuisse, animaduertunt. *b)* Certum deinde *z)* habemus atque exploratum, bonorum istam inter coniuges communionem Sueuis potissimum placuisse. Nolumus hanc

*z)* lib. I. art. XXXI.

*u)* art. 45. et 46.

*x)* spicilleg. iuris Germanici, lib. I. tit. XXVI. p. 532.

*y)* in den Grundsätzen des teutschen Rechts Sprichwörter p.

*z)* de usufructu maritali in bonis uxorum, sect. I. §. 42. p. 70.

*a)* lib. I. art. 45.

*b)* breuitatis causa lectores ablegamus ad FRID. HENR. MY-

LIVM, de iure consuetudinario vniuersali Germaniae medi aevi in speculis Saxonico et Sueuico cuiusque cognoscendi ratione, Lipsiae MDCCCLVI. ac HENR. CHRIST. L. B. DE SENCENBERG in den Gedancken von den derzeit lebhaftesten Gebrauch des vnter teutschen Rechts, cap. III. §. 7. et 8.

hanc in rem auctorem speculi SVEVICI eius rei testem producere ac ad alia potius iura animum aduertimus, quae amplissima nobis praebent documenta, communionem hanc Suenis maxime vsitatam fuisse. Falleretur, qui in iuribus prouincialibus eius rei praesidium sibi quaere vellet. Licet ea ipsa nobis haud obscura suppeditent indicia, ex quibus cum IO. PETR. DE LVDWIG *c)* argumentari possumus, etiam iis in terris, quae legibus illis in praesenti parent, societatem bonorum hanc vniuersalem viguisse; constat tamen ex historia iuris Germanici, consuetudines prouinciarum mandari coepisse litteris ferius; quam instituta ciuitatum: eam ob causam illas iura peregrina magis sapere; quam haec, ac per id accidit, vt prouinciarum leges communionem hanc, Romanorum a praeceptis nimium remotam, vt ciuitatum iura, haud comprobent. Vt dictis fidem faciamus, in ducatu Wurtembergico ad quaestus communionem inter coniuges locum habere, clare iuris illius prouincialis verba testantur, *d)* quae CHRIST. BESOLDVS *e)*, WOLFG. ANDR. LAVDERBACHIVS *f)*, IO. RVD. ENGAV *g)* ac CAR. FRID. GERSTLACHERVS *h)* copiosius illustrant. Idem statuit vtrumque ius BADENSE *i)*; com-

*d)* *diff. iur. Rom. et Germ. in successione coniugum, tom. 11. opusculor. p. 1302.*

*e)* *Württembergisches Landrecht, part. 111. tit. VII. §. wenn Eheleute.*

*f)* *not. ad ius prouinc. Wurtembergicum, dissert. 111. §. 51.*

*g)* *different. princip. iuris commun. ac prouincial. Wurtembergici, part. 111. et 1V. thes. 15.*

*h)* *diff. de bonorum inter coniuges Suenos, speciatim Memmingensis communionem, §. 67. sq.*

*i)* *in der Sammlung aller einzelnen ergangenen Herzogl. Württembergischen Gesetze, libr. 1. part. 111. p. 199.*

*j)* *iur. Bado-Badensf, part. 1111. tit. I. et 2. et iur. Badendurlacensf, part. 1V. tit. V. §. I. HARP-RECHT, different. iur. Marchbcl.*

Durla-

communio autem fortis in tractu, qui principi HOHENZOLLERANO *k*) paret, viget. Libenter hoc largimur; singulae vero ciuitates maiori studio eam communionem conseruarunt ac multa in ciuitatum iuribus sunt, quae de vniuersis bonis coniugis, vt vtrique sint communia, praecipunt. Nominamus in iis primo loco antiquiora statuta FRIBVRGENSIA *l*), quae, vt cuilibet, qui paullo peritus sit legum patriarum, notum est, omnes prope, quae exstant, leges municipales aetate superant. Eorum ex sententia omnia quondam bona coniugibus fuisse communia, partim ex ipsis huius antiquissimi iuris, a IO. SCHILTERO, nobis seruati, verbis patet: *Eyn teckliche Frau ist ihres Mannes Genos in dieser Stadt vnd der Mann seiner Frauen, ie eyns des andern Erb*; partim ex eo perspicimus, quod, quum recentiores legumlatores huius ciuitatis communionem hanc abrogauerint, perspicuis verbis testatum fecerint, quondam coniuge mortuo in alterum cum mobilibus immobilium rerum possessionem esse delatam: *m*) *vnd nachdem vnser alte Sazung gewesen, wann ein Eegemeind vor dem andern abgestorben ist, so bat das vberblieben die vareude Hab geerbt vnd sind die liegende Guter der Kinder verfangen gesin.* Eadem ratione notae fuerunt Augustanis nuptiae, in quibus vnus coniux alterius bonorum consors exstitit. Quum benigniore fortuna nostras in manus codex iuris AVGVSTANI, manu exaratus, peruenerit, ex eo discimus, non omnibus quidem

Durlacensis, part. VI. thes. 13. et  
WOLFG. ADAM. SCHOEPP, de  
iure prou. Marchico Bado-Badensi,  
Tubingae, CIOIOCCXXXV. p. 26.

*k*) in der erneuerten Landesordnung  
de anno CIOIOCLXXXVIII.

*l*) statut. Friburgensibus, a IO.

SCHILTERO, not. ad Koenigsbo-  
ven Elsassischer Chronic, p. 12.

*m*) neue Statrechten vnd Statu-  
ten der loebl. Statt Friburg in Pris-  
gaw gelegen, tract. III. tit. III.  
p. 56.

quidem matrimonii Augustanos effectum hunc tribuisse ac eos potius distinxisse, vtrum bona inter se communicarint; nec ne? *ob sich die Ehegemaecht gesament; oder nicht,* bona tamen coniugibus fuerunt vel minimum priori in casu, istius ex iuris sententia *n)*, communia, ideoque hac

D in re

*n)* statut. Augustanis, cap. 251. auch von Gemächten. Ist dasz sich zwey Eheleut gesament vnd stirbet der eins sweder das ist vnd lat dem andern Kind, sind die Kind ze ihren Tagen kommen vnd sprechen nach sogenannten Erbgut, das ihn ihr Vater oder ihr Mutter gelassen habe, das seyen bett, Kessel, oder Pfannen oder Häfen oder was Erbgut ist, als davor geschrieben stat, das soll der Vater oder die Mutter gegen was vnd soll man den Erben das gewis thun das des guts den Kindern vnd den Erben mit minter werd, dieweil Vater vnd Mutter lebt, es en sey denn as verr ob errenuals ein gült dar sey kommen bey ihr lebendigen Lyp vnd die gewiswist die soll man desz ersten gelten von dem Gut, wer das hat oder wer es erben will oder geerbet hat. Wäven aber die Kind ze ihren Tagen nit kommen, wer denn der Kind Pfleger ist, oder ihr nechster mag, der mag das Mitrecht wohl vordern. Auch von Gemächten. Ist des zwey Eheleut sich gesament vnd eines stirbet vnd lat dem andern Kind, ist der Kind etlichem geholfen, vnd etlichen mit, den du geholfen ist, die mögen die anderen nit geirren, dem da nit gehol-

fen ist. Ist eygen da, das magen die Kind, den du geholfen ist, Vater oder Mutter nit geirren, en helf den Kindern, den da nit geholfen ist, mit eygen. Füget aber ihn, dasz es den Kindern basz geholfen mag mit pfening, denn mit dem eygen, wann man des eygens denn wol nit geteilt mag, so mag es des eygen wohl hingeben vnd den Kindern damit helfen nach Freunde Rath. Ist auch, das nit anders Gut da ist, denn das eygen als dauor geschrieben stat, so mag der Vater oder die Mutter das eygen wohl verkaufen, nach Freund rath vnd nimmt sinen geliben Thail mit den Kindern also dasz ihm als viel werd als ieglichem Kinde, ac quibusdam interiectis; ist auch das sich zwey Gemächte gesament mit der Eb, hat das ein denn Gut, dasz er geerbet hat von sinen vordern, es sey eygen; oder leben; oder welchesley gut das ist, vnd eit es das seinem Gemächte, so soll es sein seyn, vnd ist auch, dasz es stirbet aun erben, so soll das Gut das ander Gemächte erben, vnd soll nich wider Kinder sich vallen, wan es diesen Gemächte geben ist, davon soll es sein seyn vnd soll niemand anders kein Recht daran haben.

in re nobis magis IO. BERNH. FRIESII o); quam IO. RVDOLPHI ENGAVII p) adridet sententia. Quum matrimonio ea conditione inito, omnia, postquam illud morte sit sublatum, bona ad coniugem superstitem deuoluntur hicque eorum vsumfructum, vbi liberi adsint; iis autem deficientibus dominium plenum consequitur, summas sane rationes nobis oblatas videmus, ab optimo iuris Germanici interprete, ENGAVIO, desectendi. Cum iure AVGVSTANO coniungimus ius VLMENSE q) ac NORDLINGENSE r). Ex illius sententia obtinere inter coniuges societatem bonorum vniuersalem, docuerunt IO. NIC. HERTIVS s), IO. CHRIST. HARPRECHTVS t) ac modo laudatus IO. RVD. ENGAVIVS v); idem autem praecipere NORDLINGENSES, optime monstraui v. C. GEORG. HENR. AYRERVS x). In ciuitate Sueuorum HALENSI communitio ista vel minimum prisca aetate eadem ratione viguit, qua Friburgi, vt partim ex statutorum antiquiorum Halensium fragmento, nobis a IO. PETR. DE LVDEWIG y) seruat; partim ex recentiori huius ciuitatis senatusconsulto de iure deuolutionis, vom *Vervangenschaftsrecht* condito, et a IO. IAC. HELFERICH z) explicato, videmus; non minus autem ista placuit ESLINGENSIBVS a), DVNCKELSPIE-

LENSIBVS

o) *diff. de successione coniugum secundum mores Augustanos*, §. VI.

p) *loc. memorat.* §. 76. p. 39.

q) *Vlmer Gesetz vnd Ordnungen*, tit. VIII. §. I.

r) *statut. Nordling. part. III. tit. VII. §. 1. et 2.*

s) *epidipn. paraem. n. 2. 17.*

t) *de renunciat. adhaes. coniu- gal.* §. 107.

v) *program. de bonor. inter con-*

*iuges Vlnenses communitio*, Ienae CIO DCCCLV.

x) *analest. iuris ad singular. statutorum Nordlingenium*, Gotingens. CIO DCCCXXXVIII.

y) *diff. iur. Rom. ac Germanicè in successione coniugum*, tom. II. opusculor. p. 1302.

z) *loc. excit.*

a) *Estlinger Erbrecht*, de ann. CIO DCCCXII. tit. 9.

LENSIBVS *b*) ac REVTLINGENSIBVS *c*). Aliis in ciuitatibus ista communio bonorum vniuersalis haud approbatur; eorum tamen pars, siue consistat in rebus adquisitis; siue in illatis, in coniugum peruenit communionem. Prouocamus hanc in causam ad statuta MEMMINGENSIA *d*), quum eorum ex verbis clare liquet, communionem saltem sortis MEMMINGENSIBVS placere; adquirescimus tamen in eo, quod plerisque in Sueuicis ciuitatibus vniuersalis bonorum inter coniuges communio; vel eius vestigia adhuc reperiantur; nec statuere dubitamus, eam quoque in reliquis locis, quibus nostra aetate ista communio prorsus est ignota, iis temporibus viguisse, in quibus prisci Teutonum mores curatius conseruabantur; neque infecti erant Quiritium legibus.

§. IX.

EA si curatius ponderamus, argumenta illa nobis praebent, quibus sententiam de vera origine iurium, quae LINDAVIENSES coniugi superstiti in bonis, ad liberos a defuncto deuolutis, tribuunt, stabilire possumus; ei autem maius adhuc accedit robur, vbi perspicimus, eam communionis vniuersalis esse naturam, vt haud semper vni coniugi in alterius bonis det condominium perfectum; sed illam potius ipsi tantum tribuere compossessionem,

D 2 cum

*b*) Dünckelspielsche statut. libr. tit. II. art. 12.  
*c*) Reutlinger Erbrecht, von 16. Jun. 1500.  
*d*) Memminger Gerichts und Proceßordnung, tit. XXVI. §. 8. l. DIET, HERM. KEMMERICH,

de societate bonorum connubiali, secundum ius commune et statutarium liberae S. R. I. ciuitatis Memmingensis, lenae CIOIOCCXXXVIII. et IO. RVD. ENGAV de communiōe bonorum inter Memmingenses len. CIOIOCCLI,

cum vsufructu germanico coniunctam, et tantum quibusdam temporibus condominium quoque accessisse. Longe quidem aliud statuit 10. PETR. DE LVDEWIG *e*) cum omnibus iis, qui ei adhaerent; sed eius auctoritas nos nostra a coniectura haud deterret. Prouocamus, vt dictis fidem faciamus, ea ad effata EYCKII *f*), quae supra recitauimus. Quod ad prius attinet: *Mann vnd Weib haben kein gezweyet gut zu ibrem Leibe*, discessimus quidem ab iis eruditis, qui verba haec de mariti saltem potestate interpretantur, eaque de communionem nostra intelligimus; merito tamen statuimus, Saxonis ex sententia bona coniugum saltem ratione vsufructus et possessionis fuisse communia, quum verba haec: *zu ibrem Leibe g*) adiicit; siue vt alii codices ea exhibent: *to erme Liue, tho erme Lyse*. Qui veram perpendit notionem, quam vocabulum *Leib* sustinet, quaeue potissimum ex aliis, ex eo formatis verbis: *Lipding, Leibzucht, Leibgedinge, Leyhe zu leib, Litolip*, liquet, vt ostenderunt 10. GEORG. ECCARDVS *gg*), 10. SCHILTERVS *h*), 10. GEORG. WACHTERS *i*), 10. GEORG. ESTOR *k*), nobis adsentiet, vbi cum HEROLDO *l*) BERGERO *m*) opinamur,

*e*) *different. iuris Rom. et Germ. insuccess. coniug. tom. II. opusculor. p. 1312.*

*f*) *libr. I. cap. 31.*

*g*) in codicibus, a IAC. FRID. LVDOVICI editis, p. 85. CHRIST. quidem GOTHOFREDVS HOFFMANNVS, *diss. de communionis bonorum coniugalium natura ac principis*, §. 2. p. 6. et 10. GOTTL. HEINECCIUS, *element. iuris Germanici, libr. I. tit. XII. p. 223*, pro *Leib* vocabulum *Leben* ponendum censet; sed sine ratione,

vt quoque animaduertit KNORRIVS, in *denen rechtlichen Anmerkungen*, p. 111.

*gg*) *catechesi Theodisca, p. 139.*

*h*) *glossar. germanico, tom. III. antiquitat. Teutonicar. p. 538.*

*i*) *glossar. german. p. 650.*

*k*) *diss. an dotatium cesset per secundas nuptias, cap. VI. §. 4.*

*l*) *de iure repraesentat. cap. I. conclus. I.*

*m*) *diss. de discrimine bonorum uxoris, §. XVII.*



namur, communionem hanc ad dies vitae coniugum saltem durasse iisque per id perfectum dominium esse haud tributum. Discimus quoque ex eo, quod alibi *n*) coniugis utriusque bona a Saxone ratione proprietatis distinguantur; eadem autem ratione illud tradit SAXO altero loco *o*): immo rem adhuc luculentius enunciat, dum saltem communionem possessionis, *gleiche Gemebr*, coniugi adsignat. Neque minus SVEVVS *p*), quod tradidimus, testatum facit, ubi solum, viduam in bonis manere cum liberis, tradit; praeterea autem proverbia id docent de hac communionem confecta, a multis collecta et a IO. NIC. HERTIO, *q*) GEORG. TOB. PISTORIO *r*), IO. FRID. EISENHARDT), IO. GEORG. WEHNERO *t*), GOTTFR. MASCOVIO *v*), DIETER. HERM. KEMMERICHIO *x*) ac CAROL. GOTTL. KNORRIO *y*) illustrata. Nonnulla quidem in his ita comparata sunt, ut naturam istius communionis haud curate definiant; ex aliis tamen evidentius constat, eam potissimum possessionem communem coniugibus adsignasse, uti: *lengst leib, lengst guth, der letzte thut die thür zu*, quum ex utroque patet, ius, quod superstiti competit, eius morte extinguui. Eo tandem accedit, quod pauca loca quondam fuerint, in quibus ad superstitem bonorum proprietatis peruenerit, siue liberos defunctus reliquerit; siue matri-

D 3

*n*) *libr. I. cap. 31. et libr. III. art. 74.*

*o*) *libr. I. art. 42.*

*p*) *cap. XXXIII.*

*q*) *libr. I. paroen. 68. et 69.*

*r*) *thesaur. paroen. centur. I.*

*num. 55. p. 81.*

*s*) *Einleitung in das teutsche Recht, sect. II, n. 2. 18. 199. p. 125.*

*t*) *diff. de pactis dotalibus, Huth.*

*bey Schleyer, Schleyer bey Huth, Marburgi, C1D1DCCXX.*

*v*) *programm. de pactis dotalibus Huth bey Schleyer, Schleyer bey Huth, Gotting. C1D1DCCXXXVI.*

*x*) *programm. de pactis dotalibus, Huth bey Schleyer, Schleyer bey Huth, Ienae, C1D1DCCXXXIX.*

*y*) *in den rechtlichen Anmerkungen, p. 83.*

matrimonium sterile exstiterit, vti IO. PETR. DE LVDEWIG <sup>z)</sup> ac CAR. GOTTL. KNORR <sup>a)</sup> monstrant. Aliis illud minime placuit et plerisque, in quibus communio bonorum vniuersalis locum habet, prouinciis iam antiquiore aetate ea, vbi liberi exstarent, ita comparata fuit, vt, matrimonio per mortem sublato, ad superfitem coniugem hereditatis saltem vsusfructus peruenerit, hocque finito, ad liberos ista bona vel pro parte; vel integra sint delata. Ea quum ita sunt nota atque ab eruditis probata, vt superuacanei operis culpam vix effugere possimus, vbi in nominandis legibus, hoc praecipientibus, tempus consumeremus, hac re superfedemus et ex iis solum concludimus, etiam communionem coniugum vniuersalem parentem esse iurium, quibus Lindauii superstes coniux in bonis, a defuncto in liberos delatis, fruitur.

## §. X.

HAEC de fundamento iurium, quae LINDAVIENSES coniugi superfitei in bonis liberorum profectitiis tribuunt. Conuertimus ad ipsam eorum indolem ac naturam atque monemus, illa partim in *iure iis vtendi fruendi*; partim autem *facultate consistere, de illis; restricta tamen ratione, disponendi*. Quod ad illud pertinet, coniux superstes is est, ad quem vsusfructus pertinet. Haud interesse, vtrum pater ille sit; an mater, LINDAVIENSES <sup>b)</sup> haud obscure nobis significant, quum generatim iubent: *Wenn ein Ehegemaecht, Mann; oder Weib welche vnbedingt - - zusammen kommen - - solle denselben, nimirum liberis, all ibres abgestorbenen Vaters oder Mutters*

z) loc. citat.

a) loc. laudat.

b) Lindauische Vogtey vnd Ver-

mundshafftordnung, tit. VII. §. I.  
p. 127.

Mutters zugebracht, ererbt und respectiue errungen und verlassend fahrend und liegend Gut beimgesallen seyn. - doch aber die Kinder, nicht Macht und Gewalt haben, ihren lebendigen Vater oder Mutter zur Abtheilung und Vbergebung ihres väterlichen und mütterlichen Erbguths zu nothigen, sondern denen Eltern - die Nuznießung verbleiben sollen, ac per id cum WVRTEMBERGICIS c), PALATINIS d), NORDLINGENSIBVS e), FRIBVRGENSIBVS f) aliisque iuribus, idem praeipientibus, conueniunt. Quum iurisconsultum haud decet, distinguere, vbilex haud distinguat, nec cum BADENSIS g) legislatore hoc loco distinguimus, vtrum officii, quae defuncto debuit, superstes coniux satisfecerit; an in iis negligens fuerit; merito tamen duo requisita isto ab coniuge poscimus, qui vsum fructum sibi vindicare velit. Neesse ante omnia est, vt illo a vinculo sit liberatus, quo altero cum coniuge iunctus erat. Si hoc accidit per alterius coniugis obitum, sine dubio superstiti ius hoc omni tempore est tribuendum; vbi autem nuptiarum vincula soluta sunt per iudicis sententiam, eiusmodi coniugi statim facultatem hanc tribuere haud possumus; sed distinctionem potius adhibere debemus, ac dispicere, num iudex matrimonium illud nullum declarauerit; an rescindendum duxerit? Quum nullitatis matrimonii ea est ratio, vt ista illi tribui haud queat; nisi nuptiis deest, quod ad essentiam matrimonii pertinet, ac inter partes illae, quemadmodum persuasum hoc habuerunt, haud sunt celebratae eademque ob causam nullus producere potest inter ipsos coniuges effectus, nec illos

c) Württembergisches Landrecht, part. IIII. tit. v. §. fermer.

d) Obus pfälzisches Landrecht, part. IIII. tit. XIII. art. 2.

e) Nordlinger statut. part. IIII.

tit. VII §. I. 2.

f) Freyburgische statuta, tract. III. tit. III. fol. 59.

g) Badenische Landesordnung, part. VI. tit. VI.

illos iis adnumerare possumus, quibus LINDAVIENSES vsumfructum hunc tribuunt; vbi autem matrimonium hoc ob perfidiam vnus coniugis in alterum sit rescissum, perpendere debemus, vtrum nocens; an potius innocens coniux sit, qui in bonis liberorum vsumfructum petit? Nocenti coniugi eum merito denegamus, quum iurisconsulti omnes in eo consentiunt *h)*, quod is iuribus coniugis dignus haud sit, qui tam parum eius officia exsequitur: illum omnibus commodis successionis priuandum censent atque inter illa istud ius vsumfructus merito locum sibi vindicat. Longe aliud statuimus de coniuge innocente. Eius quidem claris verbis mentionem haud faciunt LINDAVIENSES; vbi vero eorum leges ex principiis iuris Germanici aequae ac iure communi interpretari nobis liceat, velim nolim, fatear oportet, illum sibi talem vsumfructum posse tribuere. Memoratu profecto digna sunt, quae TACITVS *i)* de adulteris refert, *accisis criminibus nuda tam coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verberare agit*, quum luce clarius per id nobis significat, maritum omnia, quae vxoris propria fuerunt, retinuisse ac nudam e domo expulisse. Licet WISIGOTHORVM *k)* mores Quiritium legibus nimium essent infecti; in iis tamen ista antiquissima nostratium consuetudo reperitur, quum adulterum aequae ac adulteram marito addicerent. Sed quorsum disputamus? Quod si quoque quidem communionis bonorum, vbi illa interconiugis obtinuit, hique diuortio sunt separati, effectus cessant

*h)* SAM. STRYCK, de success. ab intestato, diff. XII. cap. VI. §. 3. sqq. IO. GEORG. SCOPF de iure diuortiorum, cap. V. p. 188. IVST. HENNING. BOEHMERVS diff. de priuatione dotis et successione

status.ariae ex capite adulterii, Hal. CIO DCCCXXIV.

*i)* de mor. Germanor. cap. XVIII.

*k)* libr. III. tit. IIII. §. 4. et 5.

fant, vti tradit 10. RVD. ENGAV 1); iurisconfulti tamen coniugem innocentem, vbi est ab altero separatus, cum viduo comparant, atque ex huius bonis, quum viuus sit ex-  
 emtus, portionem statutariam cum BENEDICTO CARP-  
 ZOVIO m), GEORG. ADAM. STRVVIO n), SAM. STRYCKIO  
 o), CHRIST. PHIL. RICHTERO p), DAV. MEVIO q), PETR.  
 MVLLERO r) atque aliis illi adsignant. Vsumfructum illum,  
 quem Lindauii parentes liberorum in bonis profectitiis  
 exercent, ad portionem statutariam illorum referendum  
 esse, nemo negare potest eandemque ob causam coniugi  
 innocenti, qui cum altero diuortium fecit, eum merito tri-  
 buimus. Istud quidem ius prius illi haud concedimus;  
 quam alter coniux e vita discesserit; neque in iis bonis hoc  
 illi adsignamus, quae alter coniux post diuortium sibi ad-  
 quisit; in reliquis vero eiusmodi innocentes coniuges,  
 vbi alter mortuus sit, non minus; quam ii, qui a nuptia-  
 rum vinculis per alterius demum obitum sunt laxati,  
 vsumfructum sibi vindicant. Neque vero satishabemus  
 in eiusmodi coniuge, quod ex societate illa arctissima exie-  
 rit; sed eum quoque verum parentem liberorum esse  
 oportet, in quorum bonis vsumfructum exercere vult. Cla-  
 ris quidem verbis id haud est praescriptum: immo etiam  
 vsumfructus in lege nostra vitrico tribui videtur t): *insbe-  
 sondere*

## E

l) *diss. de communiōe bonorum  
 inter coniuges*, §. 37.

m) *libr. VI. respons. tit. 9. resp.  
 109.*

n) *not. ad Ant. Matthaei tract.  
 de successiōibus*, cap. xv. p. 268.

o) *diss. XII. de successiōe ab in-  
 testato*, cap. 1111. §. 21. p. 1245.

p) *tract. de iure et ordine succes-  
 sionis ab intestato*, sect. 1111. membr.  
 4. num. 38.

q) *comm. ad ius Lubecense*, part.  
 1111. tit. 11. art. 12. num. 448.

r) *com. ad Struu. systema iuris  
 ciuilis*, exerc. xxx. thes. 45. tom.  
 11. p. 474.

s) vti probe monent: BENED.  
 CARPZOVIVS, part. III. const.  
 26. def. 23. ac PETR. MVLLERVS,  
*comm. ad Struu. loc. citat.*

t) *Vormundschaftsordnung*, tit.  
 VII. §. 5. p. 127.

*sondere haben die alsdann denselben zuzuordnende Vögte fleißig zu vntersuchen, ob der Stiefvater um so viel, als er von seiner Stiefkinder Guth zu Handen bekommt, genugsame Ver sicherung thun könne.* Verum enim vero quilibet, qui rem paullo curatius considerabit, statim perspiciet, vitricum saltem nomine vxoris vsufructum hunc exercere. Eo quum accedit, quod ratio huius vsufructus in comunione sit quaerenda, quae in nuptiis, in quibus liberi sunt procreati, locum habuit cuiusque saltem coniuges illi participes sunt facti, qui liberos hos procrearunt, merito quoque isto ab vsufructu vitricum censemus arcendum.

## S. XI.

EXERCETVR iste vsufructus singulis in bonis libero rum profectitiis, nomine *des verfangenen Guttes* apud Lindauenses notis ac a nobis supra expositis; eo autem modo, vt partim illa liberis conferuentur; neque eorum patrimonium detrimenti quid capiat; partim vt parentes liberrima fruantur facultate, omnes ex iis capiendi fructus. Hanc ob causam non semper administrantur bona haec a coniuge superstite; sed probe distinguitur, vtrum iste in viduitate adhuc existat; an illam cum alio matrimonio commutauerit. Posteriori casu administrationem coniugi Lindauenses haud relinquunt; sed magni illius discriminis, in quod liberi, qui vitrico subiciuntur v), secundum praecepta iuris Germanici veniunt, recordantur, et, vt eo magis liberorum rationibus consulant, dispiciunt, num vitricus cautionem praestare velit,

v) prouocamus breuitatis causa tantum ad prouerbia, a IO. FRID. EISENHARTO, in denen Grund-

satzen des deutschen Rechts, sect. 11. num. v. p. 151. illustrata.

velit, de rite gerendis hifce rebus; an illud detrectet, et ei quidem administrationem hanc concedunt, si prius accidit; minime autem posteriori in casu. Clare id constat ex verbis statutorum Lindauiensium, quumque illa generatim haec proferunt x): *wann dann Eltern, es seye Vater; oder Mutter ihren Stand verändern, vnd sich wieder verheurathen würden, ist dasjenige genau zu obseruiren, was der Kinder erster Ehe vnd ihres verfangenen Gutbes halber oben disponiret worden. Insbesondere aber haben die alsdann denselben zuzuordnende Voegte fleißig zu untersuchen, ob der Stiefvater um so viel, als er von seiner Stiefkinder Guth zu Haenden bekommt, genugsame Versicherung thun könne, welchenfalls auch solches mittelst praetorischer Versicherung auch General vnd Special Verschub vnd Verpfandung seiner Haab vnd Güther von ihm beschehen soll, ac per id vitrico possessionem bonorum horum haud denegant; sed solum satisfactionem quamdam requirunt: haec saltem adiiciunt verba: *dafern aber kein genugsame Sicherheit anscheinen sollte, sollen die Voegte das gesamte Guth der Kinder zu ihren Haenden nehmen, selbiges nach obbeschriebener Ordnung verwalten, et solum, vbi securitas deficiat, vitricum administratione priuant. Neque vero eam coniugibus, qui in viduitatis statu permanent, omni discrimine remoto, concedunt. Quamuis hac in re FRIBVRGENSES y) haud imitentur, qui patri tantum; nec matri bonis praesse volunt, et persuasum habeant, feminas ad administrandas tales res eadem ratione habiles esse, vti masculos; bene tamen perspicunt, non omni parenti curam hanc tuto committi posse ideoque distinguunt, vtrum suspicio quaedam in coniugem cadat, illum haud bene prouisurum esse liberorum rebus; nec ne? et posteriori quidem casu coniugum pro-**

E 2

cura-

x) *cit. loc. tit. VIII, §. 5.*y) *cit. loc.*

curationi huic praeficiunt; priori vero illum ab ea amouent: *dafern auch bey ein; oder dem andern rechtmæssiger Verdacht sich äusserte, vnd zu besorgen stünde, das der Kinder Guth bey ihnen nicht versorgt waere, solle demselben die administration vnd Verwaltung laenger nicht gelassen; sondern die Eltern, es sey gleich Vater; oder Mutter, sofort angehalten werden, solches denen in solchem Fall verordnenden Voegten, wie obstehet, zu extradiren vnd hinauszugeben.*

## §. XII.

ITA quum Lindauenses liberorum rationibus prouident, cautionis, a parentibus praestandae, haud mentionem faciunt; neque necessitate adstringunt parentes, illam praestandi. Iure communi eam inter naturalia ususfructus referendam esse, extra omne dubium positum est. Remittunt quidem leges nonnullis eius praestationem ac in his locum quoque, vti cuiuslibet tironi notum, patri adsignant *z*); istud autem ius matri cum eo haud est commune, quod contra HENELIVM *a*) IO. HENR. BERGERVS *b*) aliique copiosius ostenderunt. Nec negare possumus, Lindauensium vicinos quosdam superstiti coniugi ususfructum illum haud prius concedere; quam cautio ab iis sit praefita. Vel minimum AVGVSTANI *c*) generatim praecipunt: *vnd soll man den Erben das gewis thuen, das des Guts nit minder werd, die weil Vater vnd Mutter lebt.* Cum iis conspirant VLMENTES:

*z*) L. ult. §. 4. *in fin.* L. 6. §. 2. C. de bon. quae liberis.

*a*) tractat. dotulatio, cap. VIII.

§. 4.

*b*) oeconom. iuris, lib. II. tit. III.

§. 19. not. 8. Addas: BION. GO-

THOFREDVM not. ad L. II. C. usufructuarius quemadmodum caueat et PETR. MULLERVM comm. ad Struv. tom. I. p. 788.

*c*) iur. Aug. MSCR p. 58.



SES: d) waere es aber, das die Frau vor gestorben waere, vnd haette Güter von ihr binder ihr verlassen, sie waeren liegend; oder fahrend, so soll der Mann in der Stadt Pfandbuch um die Güter, so viel deren vom Weib hie seynd, Vertraeßung vnd Versicherung thuen; oder aber, wo er nicht liegende Stück; oder Güter hätte, derselben seiner Kinderpflegeth, mit Leuten oder fahrenden Gütern; daran sie haebig seyn, cauiren, vnd Vorstand thuen; sed ab utroque iure, VLMENSI atque AVGVSTANO multum dissident leges LINDAVIENSIVM e). Cautionis illius haud mentionem faciunt: immo eam ordinari a coniuge non praestandam esse, haud obscure nobis significant, dum solum satisfactionem a vitrico postulant, qui matrem, vsumfructum hunc habentem, ducat vxorem. Nec mirum nobis esse debet, quid sit, quod Lindavienses tam parum liberorum rationibus consulant; vbi naturam eius vsumfructus, qui superstiti coniugi relinquitur, paullo curatius consideramus. Quum facultas, de re certa ratione disponendi, cum illo esset coniuncta; neque vllis limitibus ius rebus vtendi fructu circumscriptum, longe ille falleretur, qui Romanum modo vsumfructum coniugi tribuere vellet; sed Germanicus potius est; ille autem, vti doctissimi iuris Germanici interpretes ostenderunt, cautionem vsumfructuariam, quum ipsum dominium minus plenum vsumfructuario tribueret, haud admittit. Videmus illud in vasallo, qui non nisi vsumfructum Germanicum exercet, vti ex legibus aliisque litterarum monumentis IO. SCHILTERVS f), IO. GOTTL. HEINECCIUS g) aliique monstrant: in

E 3

marito

d) Vltimische Gesetz vnd Ordnungen, part. 1. tit. 111. p. 5.

e) Vogteyordnung tit. VII. §. 5: p. 127.

f) praxi iuris Romani in foro Germanico exerc. XVII. §. XV. p. 70.

g) element. iuris Germanici, libr. 11. tit. 11. §. 32. p. 390.

marito, quem a cautionis praestatione, BENED. CARPZOVIVS *b*), GOTFR. BARTHIVS *i*) cum aliis immunem declarant: immo in vidua, dotalitium tenente. Ii quidem iurisconsultorum, qui hospites ac peregrini sunt in iure patrio, omniaque ad normam iuris Quiritium metiri solent, viduae satisfactionem imponere haud dubitant, VI MATTH. WESENBECIVS *k*), BENED. CARPZOVIVS *l*), SAMVEL HERING *m*) ACHARTMANN. PISTORIS *n*); ab iis tamen, qui emunctioris sunt naris, longe discedunt eamque a cautione hac immunem esse statuunt, NIC. VIDELICET HENELIVS *o*), SIM. PISTORIS *p*), ANDR. RAVCHBAR *q*), IO. THEOD. SPRENGER *r*), AVG. BERLICHIVS *s*), IO. GE. SCHERZIVS *t*), IO. SCHILTERVS *v*) atque alii. Accedit eo, quod vsusfructus, vt supra docuimus, ex communione bonorum vniuersali descendat. Eiusmodi vsusfructus tamquam continuatio societatis illius consideratur quumque etiam alibi hanc obcausam conceditur sine cautione, vti recte animaduertunt DAVID. MEVIVS *x*), IO. GOTTL. HEINECCIUS *y*), FRID.

ES.

- b*) *part. II. const. X. def. 9.*  
*i*) *Bericht von der Gerade, cap. V.*  
 §. 24. p. 318.  
*k*) *conf. XCI. n. 15.*  
*l*) *part. II. const. XXXII. def. 7.*  
*m*) *tract. de fideiuss. can. 6.*  
*n*) *obs. 2. add. CHRIST. PHIL. RICHTERVS, velut. academ. p. 192.*  
 PETR. MULLERVS *comm. ad STRVV. tom. I. p. 788.* GOTFR. BARTHIVS *Bericht von der Gerade cap. VI. §. 52. p. 530.* ac SAM. STRYCKIVS *vs. mod. digest. tit. ff. de vsufr. quemadmod. caueat. §. I.*
- o*) *de iure dotium, cap. 9. §. 4.*  
*p*) *not. ad Hartmann. Pistoris cap. 2.*  
*q*) *part. I. quaest. 30.*  
*r*) *tract. de dotalitio cap. 7. num. 28. sq.*  
*s*) *libr. II. conclus. practice. cap. 50. et 68.*  
*t*) *diss. de dotalitio, §. IO. p. 30.*  
*v*) *prax. iur. Rom. exerc. XVII. §. 22. tom. I. p. 80.*  
*x*) *comm. ad ius Lubecens. part. II. tit. II. art. 8. num. 26.*  
*y*) *diss. de vsufructu materno §. 34.*

ES. PVFENDORFIVS 2), IO. IAC. SCHVCHARDVS a), sat graues prae se habuerunt LINDAVIENSES rationes, cur superstitem coniugem illum ob vsumfructum cautione hac haud onerarent.

## §. XIII.

NEQVE vero solum liberorum rationem habent LINDAVIENSES, vbi vsumfructum in eorum bonis coniugi superstiti tribuunt eiusque modum definiunt; sed huic quoque simul prouident eique liberrimam, fructus istis ex rebus liberorum profectitiis capiendi, concedunt facultatem. Alii quidem parenti superstiti vsumfructum concedunt; sed simul ipsi onus imponunt, liberos educandi, sumtus ad id necessarios istis ex fructibus erogandi: immo liberos matrimonium inituros, dotandi. Praecipunt illud potissimum SVEVI, quumque in iure WVRTEMBERGICO b) haec inuenimus sancita: *da aber der Eltern vnd noch eins im Leben, seyen den Kindern die Zugelt- oder Heirathgütther nach der Freundschaft Maessigung, von ihnen zugefallenen, bey dem noch lebenden Vater; oder Mutter noch nischlich lebenden; oder in Mangel derselben von erst ermeldeten überlebenden Vaters; oder Mutter eigenen Gutthern zustimmen*, AVGVSTANI c) iubent: *ist eygen da, das mögen die Kind, den da gebolfen ist, Vater; oder Mutter nit geivren, ern helf den Kindern, den damit gebolfen ist, mit dem eygen et cum his quoque faciunt VLMENSES d), dum superstiti coniugi vsumfructum concedunt ac sequentia adiiciunt*  
verba

2) *observat. iuris vniuersi, tom. I. obs. LXXXVI. p. 210.*

a) *de coniugum successione ex vniuersali bonorum commun. Altorfii, 1710 cclv. §. xvii. p. 44.*

b) *Wurtembergisches Landrecht, part. iiii. tit. xiii. p. 465.*

c) *iur. pron. Augustan. cap. 151.*

d) *Vlmer Gesetz vnd Ordnungen, part. I. tit. iv. §. I. seq.*

verba: doch soll er schuldig und verpflicht seyn, seine erste Ebrnkinder erbarlich zu erziehen, und die mit Essen, Trincken, Kleidern, und andern nothwendigen Dingen zu versorgen, bis die zu ihren vollkommenen Jahren und Tagen kommen, alsdann sollen dieselben seine erste Ebrnkinder nach Rath beeder gesetzten Pfleger, auch naechster gemeiner und vertrauter Freund vom Vater und Mutter maang aussteuren und berathen, wie sich nach Gestalt und Gelegenheit der Kinder vertroesteten und seiner eignen Gutther zutbuen gebuehren wird. Quae hanc in rem aliis in Sueuorum ciuitatibus scita sunt, ne nimium diuagetur nostra disputatio, silentio praeterimus, ac solum monemus, idem quoque alibi obtinere; nec solum iis in locis locum habere, vbi vsusfructus ex parentum in liberos potestate descendit, ideoque necessario cum illo onus, liberorū educandi, coniunctum esse debet; sed id quoque iis in ciuitatibus coniugi superstiti plerumque esse impostum, in quo ille vsusfructum ob communionem bonorum, quae inter ipsum existit ac defunctum coniugem, habet. Ablegare possumus lectores nostros ad IO. GOTTL. HEINECCIUM *e*), FRID. ES. PVFENDORFIUM *f*), IO. IAC. SCHVCHARDVM *g*), IO. RVD. ENGAVIUM *h*), nosque ad LINDAVIENSES *i*) legumilatores nostros conuertimus. Illi superstitem coniugem, qui in bonis liberorum profectitiis vsusfructum habet, grauandum haud censuerunt; sed in rebus tantum aduentitiis liberorum vsusfructum, quamdiu ipsis alimenta praebeant, ei concesserunt.

*e*) *diff. de vsusfructu materno*, §. XVI. p. 41.

xxxviii.

*f*) *obserrat iuris vniuersi*, tom. I. obs. LXXXVI. §. 9.

*g*) *diff. de coniugum successione ex vniuersali bonorum communiōne*, §.

*b*) *diff. de bonorum inter coniuges Sueuor. communiōne*, §. xxv. p. 16.

*i*) *Lindauische vogtey und vormundschaftswandung*, tit. VII. §. 4.

cesserunt easque saltim, relictis a liberis laribus paternis, ipsis restitui iusserunt: was hingegen von Groseltern; oder anderwaerts her immediate auf die Kinder fallende Güter; oder andere bona aduentitia anbetrifft, davon sollen zwar die Eltern den usumfructum ebenmaessig zu beziehen haben, doch, wie vorgesezt, ohne Abbruch des Hauptguts vnd nur in so lang sie die Kinder in ihrem Müss vnd Brod haben; wann sie aber eigene Hausßhaltung vnd Gewerbe anstellen; oder sich verheurathen, soll ihnen dasselbig Gut, so viel jedem davon gebühret, ohne längern Auffenthalt ausgefolgt vnd eingezaendiget werden, vnd damit der Eltern Nuzneßung ein Ende nehmen. Distinguere itaque debemus, vtrum liberi, quibus in ista bona profectitia competit dominium, praeter illa aduentitia bona, ab auis; aut aliunde ad eos profecta, possideant; an ea haud habeant? Si prius accidit, vera ex sententia iuris LINDAVIENSIS parentibus haud opus est, vt ipsis ex bonis profectitiis victum praebeant; sed ad alendos eos adhibere possunt fructus, qui rebus ex aduentitiis capiuntur; neque, vt eos dotent, necesse est; sed adquiescere eos oportet, vbi iis, separatam in iuris societatem, bona haec restituantur. Aliter res se habet, si, quod liberi habeant, id rebus absoluat profectitiis. Parentes quidem hoc in casu haud prorsus ab onere, natos alendi, sunt liberi, et, quae alii parentes iis dare debent secundum ius commune alimenta, illi quoque liberis denegare haud possunt; ad dotandos tamen eos necessitate haud sunt obstricti, quum ista bona semper parentibus relinquunt, licet liberi ab iis sint separati.

## §. XIV.

QVVM in iure LINDAVIENSI inter res, quae a defuncto parente ad liberos perueniunt, haud distinguatur, haudrumque

F

rumque ususfructus generatim superstiti coniugi concedatur: necessaria consecutione ex eo colligitur, *in rebus non fungibilibus* ususfructum parenti competere verum; *in rebus fungibilibus* autem quasi ususfructum. Comprobant hoc quoque ea, quae a LINDAVIENSIBVS de pretio rei immobilis, a tutoribus coniugi superstiti tradendo, cauta sunt: *k) wenn endlich vnter der Kinder erster Ehe Vermoegen liegende Grundstücke vorhanden, so verstebet sich von selbst, daß, weilien die Eltern bloss administratores vnd respectiue usufructuarii seynd, denen Kindern vermoege ihres Eigenthums das Recht selbige in natura jederzeit zu vindiciren vnd wieder an sich zu ziehen gebühre. Falls aber vnter der Zeit aus Ursachen eine Veraenderung der liegenden Güther erfolgte, soll es mit dem daraus erlösenden Geld, wie mit andern gleich anfänglich vorhandenen; oder waehrender Zeit der andern Ehe den Kindern anfallenden Mitteln gehalten werden, nemlich daß solche Gelder den Eltern nur alsdann wann genugsame Versicherung dagegen gegeben werden kan, extradirt werden. Merito ex eo argumentamur, alium locum legum LINDAVIENSIVM l), quo coniugi superstiti rerum, quas possidet, alienatio interdicta ac tantum quibusdam in casibus est permessa, de rebus tantum non fungibilibus esse interpretandum ac longe maiorem libertatem coniugi competere in rebus fungibilibus. Quum in iis non; nisi quasi ususfructus cogitari potest; huius autem ea est natura, vt usufructuario dominium rerum ipsarum tribuat m): etiam coniugi Lindaviensi illud istis in rebus adsignamus. Eum itaque earum casum ferre oportet, vt SAM. STRYCKIUS n) cum aliis monet; liberrimam tamen*

*k) loc. laudat. §. 7. p. 127.*

*l) loc. cit. §. I.*

*m) L. 7. D. de usufruct. car. rer.*

*quae usu consumuntur. L. S. §. I. D. eius tit.*

men simul facultatem habet, de iis pro arbitrio suo disponendi, adeo, vt eas retinere possit; aliis tamen etiam relinquere: immo eas prorsus consumere. Intelligimus illud omnibus de rebus fungibilibus et quid inde argumentamur? Nihil aliud; quam quod illud coniugi non solum liceat in rebus, ad victum pertinentibus; verum etiam in nominibus pecuniae numerata. Fuerunt quidem, qui in nomine verum usufructum locum habere, putant; alii tamen cum STRYVIO o), PETR. MÜLLERO p), GERHARD. NOODTIO q), AVGVSTIN. LEYSERO s) istis in rebus quasi usufructum statuunt; neque eorum in sententiam dicere, dubitamus. Potest itaque vidua nomen debitori relinquere; eadem autem ratione ei licet, ab hoc solutionem petere pecuniamque consumere ac semper adquietere debent liberi, vbi illa ad eandem summam restituendam, finito usufructu, est parata; neque iustam, metuendi illius iacturam, habent causam. Eadem vero ratione reliquae res fungibiles arbitrio coniugis supersticis sunt subiectae, quae de iis in iure WVRTEMBERGICO s) sunt sancita: *vnd so etwa vnter der Kinder Gütern, so ibrem Vater; oder Mutter bis zu ihrer Verheurathung; oder erlangtem funf vnd zwanzigjaebrigen Alter zu niessen gebühren, dergleichen Stuck begriffen, welche durch taeglichen Gebrauch abgenossen, vnd endlich gar verzehrt werden moegten: als Baarschafft, Wein, Frucht, Kleider, Viehe, allerhand Hausrath vnd was demselben gemaes sollen sol-*

F 2

che

n) cf. mod. tit. ff. de usufr. ear. ger. quae usu consumuntur.

o) Syntagm. iur. civil. exerc. XII. ebef. 39. tom. 1. p. 772.

p) not. ad Struv. loc. excitat.

q) libr. 1. de usufr. cap. 22. p. 441.

r) medit. ad dig. tom. 11. p. 348.

s) Wurtembergisches Landrecht 2<sup>tes</sup> part. XIII. tit. VIII.

ehe Stücke, den niesenden Eltern nach fleißiger Verzeichniss auf ein leidentlich Geld in ziemlichen Wehrt ausgeschlagen vnd geschätzt werden, ea sine dubio Lindauii quoque valent, quamuis ibi litteris hac de re quidquam haud mandatum sit.

## §. XV.

DVRAT vsusfructus, parentibus rebus in profectitiis liberorum legibus adsignatus, siue coniux isto in viduitatis statu maneat; siue illum cum matrimonio commutet: siue liberi in domo paterna mancant; siue eam relinquunt nouamque incant societatem domesticam. Nonnulli LINDAVIENSIVM vicini in eo conueniunt, quod finiatur vsusfructus coniugis superstitis, si liberi lares patrios missos faciant atque se a parentibus separent. In iure WVRTEMBERGICO <sup>z</sup>) parentibus claris verbis, vt, eiusmodi bona liberis, vbi ex patria potestate exierint, restituant, praecipitur: was aber denen Kindern, deren rechter leiblicher Eltern eins, Vater; oder Mutter noch im Leben; oder sonst anderes woher, weiter zusaellt, damit soll folgender Vnterschied gehalten werden: das nemlich denen Kindern, so allbereit verheurathet; oder vber funf vnd zwanzig labr ihres Alters vnd nicht mehr in ihres noch lebenden Vaters; oder Mutter Zucht vnd Vnterhaltung seyn, ihr Angebuhrrus gleich selbsten zu niesend vnd zu verwalten gefolgt. Cum eo conspirant statuta FRIBURGENSIA <sup>v</sup>): die vorberuhrt nutzung vnd niesung, so die by dem Vatter stat, die hort nit ee vff, dann biß die Kind vsgesturt werden, vnd vß des Vatters Handen vnd Gewalt kommen vnd in eigener Hushaltung sint atque alia; LINDAVIENSIS autem exemplum VLMENSIVM <sup>x</sup>) AVGVSTANO-

RVM

z) loc laudat.

x) Vlm. Gesetz vnd Ordnungen,

v) Statut. Friburg. tract. III. part. I. tit. IIII. §. 2.

tit. III. fol. 58.



RVM y) atque aliorum sequuntur ac parentibus usufructum hunc conferuant, quamuis liberi eorum in domo haud amplius existant. Indicant illud nobis haud obscure, ubi generatim enunciant, usufructum hunc durare vsque ad tempus mortis coniugis; sed per sequentia verba euidentius id adparet, ubi a bonis profectitiis aduentitia curate separant et solum horum restitutionem, tempore maiorennitatis liberorum; vel oeconomiae ab iis separatim institutae, faciendam, praecipiunt. z) Eadem ratione nuptiae, quas superstes coniux denuo instituit, usufructui haud finem faciunt, et quamuis nonnulla alia iura generatim hoc ordinent; alia vero saltem inter patrem ac matrem distinguant ac vel minimum hanc usufructu, ubi iterum nubat, priuent, propterea quod ea societatem, in qua bonorum communiōe vsa est, relinquat zz); ab iis tamen longe alieni sunt LINDAVIENSES a) ac iubent: *sondern denen Eltern, sie bleiben im Witwenstand; oder verheuratben sich wieder, die Nutznießung davon ad dies vitae billig verbleiben solle.* Neque vitae ratio est respicienda, quam coniux superstes ducit. Alios excludendum ducere coniugem ab usufructu, ubi dissolutam vitam degit, discimus partim ex iure WVRTEMBERGICO b); partim ex iure FREYBURGENSI. Illius ex sententia amittit usufructum non solum is, qui gurges est ac vorago patrimonii, et bona dilapidare incipit; sed vidua etiam, quae intra annum luctus nouas celebrat nuptias. FRIEBURGENSES c) parentem, rebus liberorum haud recte

F 3

confu-

y) loc. laud.  
 z) Lindauische Voigteyordnung,  
 tit. VII. §. 4.  
 zz) Statuta Vmense, part. I.  
 tit. III. §. I. Nordlingensia, part. III.  
 tit. VII. §. I. et 2. Fryburgensia,

traß. III. tit. III. fol. 58.

a) loc. cit. §. 1

b) Wurtemb. Landrecht, part. III,  
 tit. XI.

c) loco citat.

consulentem, vsusfructus expertem declarant; LINDAVIENSIBVS autem ea haud placent. Parentes, vbi rebus liberorum rite haud praelunt, earum tantum administratione priuant: *dafern auch bey ein; oder dem andern rechtmaessiger Verdacht sich äuserte vnd zu besorgen stunde, daß der Kinder Guth, bey ihm nicht versorgt waere, sollen die Eltern es seye gleich Vater; oder Mutter so fort angehalten werden, solchås denen in solchem Fall verordnenden Voegten wie obsteht zu extradiren vnd hinauszugeben.* Quibusdam interiectis, tutoribus, vsusfructum earum rerum parenti relinquere, praecipunt d): *daferne auch keine genugsame Sicherheit anscheinen sollte, sollen die Voegte das gesamte Guth der Kinder zu ibren Händen nehmen, selbiges nach obbeschriebener Ordnung verwalten vnd denen Eltern die Nuzniesung vnd Zins dauon abfolgen vnd genießen lassen;* praeterea autem nullius delicti mentionem faciunt, ob quod coniux superstes viuus priuandus esset vsusfructu. Eum potius morte saltim superstitis coniugis finiri statuunt, ac per id potissimum iura prouincialia, PALATINVM e) SOLMENSE f) NASSOICVM g) FRANCOVRTENSE h) COLONIENSE i) imitantur, quae omnia coniugi, donec illa e vita discedat, vsusfructum relinquunt.

## §. XVI.

EXPLICATO vsufructu, quem LINDAVIENSSES in bona liberorum profectitia coniugi superstiti tribuunt, ad alterum ius progredimur, quod ipsi in iis adsignant, ac

- |                                    |                                     |
|------------------------------------|-------------------------------------|
| d) Lindau. Voigtey ordn. §. 4.     | part. IIII. cap. 7. §. I.           |
| e) Churpfaelzisches Landrecht,     | b) Francfurtische Reformation,      |
| part. III. tit. XIII. art. 2.      | part. V. tit. IIII. §. 5.           |
| f) Solmisches Landrecht, part. II. | i) Churcoellnische Rechtsordn. tit. |
| tit. XXVIII. §. 6.                 | VII. §. 6.                          |
| g) Nassanische Landesordnung,      |                                     |

ac facultate de iis rebus; restricta tamen ratione disponendi absoluitur. Quum illam usufructui opponimus, sub ea haud intelligimus ius, quod quilibet usufructuarius vniuersitatis cuiusdam circa res fungibiles, ad eam pertinentes, habet, ac quod a nobis iam memoratum est; sed de tali iure loquimur, quod ex usufructus natura haud fluit ac in rebus non fungibilibus potissimum exercetur. Tradunt illud LINDAVIENSES, postquam usufructum parentibus assignarunt, sequenti modo: *k) iedoch mit dieser Bescheydenheit, daß die Eltern nicht befugt, noch be-maechtiget seyn, der Kinder Gutß anzugreifen; oder auf ei-nige Weis zu beschweren, zu schmaelern, und zu verringern, es geschehete dann auf den Nothfall, in Mangel anderwaertiger Leibesnahrung und nothdurftigen Vnterhalts, nach eines ehr-samen Raths Erkenntnis vnd Bewilligung, vnd sonst nicht.* Licet nostrates communionem bonorum morte vnius coniugis finiri statuerent; ob arctissimum tamen, quo ambo adhuc in viuis existunt, sunt iuncti, vinculum superstiti facultatem tribuebant, alimenta, vbi alia sub-sidia iis deficerent, petendi, vt iam animaduertit 10. RVD. ENGAV I). Eo accedit, quod Germani liberos ad sustentandos parentes putarent obligatos eandemque ob causam, etiam patri non minus; quam matri nato-rum bona alienare permittunt. De patre amplissimum nobis praebet documentum ius illud caesareum, a per-illustri SENCKENBERGIO m) vulgatum: *der Keyser, inquit eius auctor, hod eyme iclichem Manne, der Kint bat, herlou-bet, daz her sin erbe mag anegryffen, domet der Son geerbet ist, aber also ez der Keyser hat vßgescheyden, daz ist also vel*

k) Lind. Gerichts vnd Voigteyord-nung, tit. VII. §. 3.  
l) dill. de bonorum inter coniuges

Sueus communiōe, §. XXVIII.  
m) Keyserrecht, part. II. cap. 12.  
p. 27.

vel, wo eyn bescheyden man komet in scholt, weder sinen Wil-  
len, der bot loube van dez Keyfers weyn vnn mit der Kinde  
wiffin dez erbens also vel ezu verkouffen, darz be sine nod  
damede gescope, dorch der Kinte besten wille sint geschrebin  
set dorch dey haest nod mag der Vater der Kinde erbe angrif-  
fen. Eadem ratione ab aliis permissum id est matri, e  
quibus solum LVBECENSES n) nominare nobis licet ac  
FRIBVRGENSES o). Illi haec habent: Haben Mann vnd  
Weib Kinder mit einander vnd werden alle in den Ehestand  
begeben, stirbet der Mann, die Frau bleibet besitzen in allen  
Guttern, sie mag aber derselben keine weder verkauffen, vor-  
setzen, noch vergeben, ohne der Erben Erlaubnis, es waere  
dann, das sie dieselben bedurffte, zu Vnterhaltung ihres  
Leibes, welches sie zuuorn eydlichen erhalten mus; hi autem  
praecipiant: eyn iettliche Frau ist ired Mans genos in  
dieser Statt vnd der man seyner Främen, ie eyns des andern  
Erb, eyn mann mag thun mit seinem Guth, was er will,  
dieweil sein Weib lebet: wann aber eins von inen stirbt, so  
entmag das ander nitt gethuen, weder von eigen noch von  
erbe, es meredann umb hungersnoth darzu getrieben vnd das  
mit dem eydt bewebrt werde. Coniungimus demum cum  
his ius AVGVSTANVM, quod de vtroque loquitur paren-  
te p): Stirbt einem Man sein Hauffrau; oder einer Frauen  
ibr Wirth vnd laut die Kind vnd laut den eigen, erbleben,  
Zinsleben, vnd nit varendes Gut, der endweder mag den  
Kinden an den vorgeantanten guten, keinenn Schaden getun,  
weders sein Ding veraendern wollt mit der Eh, oder durch  
Nothdurft ibr Leibes oder suft wollt anwenden, wan nit ge-  
meiner

n) Statut. Lubecensia, libr. II.  
tit. II. §. 8. Euolus DAVID.  
MEVIVM, commentar. ad ius Lu-  
becens. loc. cit. p. 337. et HENR.  
BALEMANN, diss. de femina, sect.

II. cap. V. p. 258.

o) Stat. Friburgens. apud SCHIL-  
TERVM, not. ad Koenigsboun, El-  
sässcher Chronic, p. 12.

p) iur. Augustan. cap. 251.

meiner Freund rath, ob sie da sind. Sind die da nit, dennoch mag ir demeders damit nit getun, aun der Rathgeben Rath -- der Stat Handvest wohl darüber geben, vnd was denn daran geschriben wird, das soll stett seyn. Hat aber er varend Gut vnd leben, da mag er wol mit getun das er will, als davor geschriben steht. Quae quum ita sese habeant: nemini profecto mirum esse debet, quid sit, quod Lindauientes eandem adoptauerint sententiam; nec minus coniugi superstiti certa ratione bona, quibus fruitur, alienandi et de iis disponendi fecerint copiam. Facilius quidem feminae; quam masculi, vbi in viduitatem perueniunt, in egestate esse solent atque eandem ob causam alii legumlatores viduabus solum consumere quidquam permittunt ex hereditate defuncti coniugis; sed aliter sentiunt Lindauientes, facultatemque, de qua iam disputamus, vtrique tribuunt parenti. Inter bona, in quibus ius hoc parentibus adsignatur, haud distinguunt; nec dispiciunt, vtrum mobilia; an immobilia sint; verumtamen haud prius eorum alienationem permittunt; quam iusta eius adsit causa. Ponitur illa in egestate, qua coniux laborat, in dem Mangel anderwaertiger Lebensnahrung vnd nothdurftigen Vnterhalts ideoque coniugi venditio bonorum illorum non conceditur; nisi alia ipsi subsidia deficiant, quibus se sustentaret. Quum fieri posset, vt id quidem assereret coniux; sed fallum esset: in veritatem eiusmodi causae, quam profert coniux, magistratus inquirere debet eaque cognita, definire eum simul oportet, num bona haec saltem pignori dare debeat coniux; an potius vendere.

§. XVII.

CONSIDERATIS iuribus, quae in bonis liberorum Lindauientes coniugi superstiti tribuunt, facili negotio

G nomi

nominari quoque queunt ea iura, quae liberis competunt. Fundantur ea omnia in harum rerum proprietate, quae ad liberos statim post obitum vnus eorum parentis peruenit, vt clare verba legis LINDAVIENSIS indicant *q*): *wann ein Ehegemaecht, Mann; oder Weib - mit Tod abgieng, vnd Kinder von ihnen beeden ehelich erzeugt hinter sich verlies, solle denselben, all ibres abgestorbenen Vaters; oder Mutters - Guth beimgefallen seyn, ac diuersi sunt generis, quum alia horum iurium, superstite coniuge viuo exerceantur; alia autem, eo mortuo. Quod ad illa pertinet, quatuor eorum potissimum memoratu digna sunt. Ante omnia 1.) ciuilem habent possessionem: eam ordinarie per parentes exercent ideoque omnibus iis fruuntur commodis, quae penes illos deprehenduntur, qui eiusmodi possessione sunt praediti. Quod quum iure ex communi discimus, 2.) Lindauenses nominatim liberis tribuunt ius, bona haec, vbi vendita sunt a parentibus sine iusta causa, vindicandi; nec solum nobis id declarant sequentibus verbis *r*): *wo aber die Eltern, Vater; oder Mutter solch der Kinder verfangen Guth anderer Gestalt vnd obn eines ehrsamten Raths Special Decret vnd Erkanndnus angreifen, versetzen vnd verkaufen, solle solches keine Krafft nicht haben vnd den Kindern in allweg ohnschaedlich, obnnachtbeilig vnd obnpraeiudicirlich seyn; sed hac ratione quoque id confirmant *s*): *wann endlich vnter der Kinder erster Ehe Vermögen liegende Grundstück vortanden, so verstehet sich von selbsten, daß, weilen die Eltern bloße administratores vnd respectiue vsufructuarin seynd, denen Kindern vermoege ibres Eigenthums das Recht selbige in natura iederzeit zu vindiciren vnd wieder an sich zu ziehen gebühre.***

*q*) loc. citat. §. 1.

*r*) Lind. Voigtey vnd Vormund.

Schaffersordn. zit. v 11. §. 2.

*s*) ibid. §. 2.

*gebühre.* Coniungimus hac cum facultate 3) administrationem bonorum, quae vel liberis; vel eorum tutoribus ac curatoribus, ubi parentes sunt suspecti, committitur *t)*, ac demum 4.) cautionem pignoratitiam, quae, ut supra docuimus, liberis praestanda est, si superstes eorum parens secundas inire velit nuptias ac simul bona, in quibus ipsi competit ususfructus, retinere *v)*. Ab his differunt insignes illi effectus, quos supra memorata proprietates bonorum profectitiorum, liberis a Lindaiensibus assignata, post mortem ultimi eorum parentis procreat, quae pleno harum rerum dominio absoluuntur. Ab eo tempore liberrimam, omnes ex iis capiendi fructus, habent facultatem et, quidquid volunt, de iis ad arbitrium suum statuere queunt.

*s) loc. laud. §. 3.*

*v) loc. mem. §. 5.*





NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
IOANNI SCHIELIN

S. P. D.  
PRAESES.

**E**x quo tempore in hanc optimarum artium mercaturam  
es delatus, omnem operam in eo collocasti, ut bonam,  
quam de te dulcissima patria habet, spem non modo sustineres;  
verum etiam superares atque eam ad legum scientiam per-  
uenires, quae solida est; neque ex triuivis hausta. Cuius  
rei quum ipse testis exstiteris ac spectator, cum in recitationi-  
bus, quibus me adiisti; tum in certaminibus litterariis pri-  
uatis, a Te saepenumero institutis, mihi ipse merito gratu-  
lor, quod comitem me esse volueris in pugna illa publica,  
quam meditaris, cuiusue euentus non potest non Tibi parare  
laudem, laborum Tuorum, apud nos susceptorum, iustam  
mercedem. Accedo libenter eorum amicorum Tuorum cohorti,  
qui Te, in campum euntem, optimis omnibus prosequuntur  
et pro Te Tuaque salute, HUMANISSIME  
SCHIELIN, tabellas suspendo votiuas. Rata si esse  
iubeat deus, quae precor, saluus eris atque incolumis:  
virtutis et industriae fructus laetos atque uberes  
percipies et ad patrios lares redux, florentissimae rei-  
publicae commodis diutissime inferuies. Ienae, cal.  
iul. CIOICCLXIII.

VIRO





VIRO PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO  
**RESPONDENTI**

S. P. D.

COLLEGIVM DISPVTATORIVM

INTERPRETE

A. F. C. LIB. BAR. DE ZIEGESAR;

EQV. THYRING.

SOCIET. LAT. IENENS. COLLEGA.

**I**am exedram conscendes et solidae quam TIBI comparasti eruditionis edes specimen. Quae, quum tam collegio nostro, quam praecipue mihi nonnisi iucundissima esse queant; partim laetitia exultandi partim honorem quem TIBI comparaturus es gratulandi occasionem nanciscimur amplissimam. Gratulor igitur TIBI VIR PRAENOBILISSIME duplici nomine: praeter eam enim quam mihi collegium nostrum dedit publice TIBI gratulandi facultatem; amicitia adhuc quae iam diu inter nos fuit dulcissima, gratulandi mihi iniungit officium. Laudibus certe TE afficerem quas meritus es maximis, nisi, praeter id quod nostrum nemini incognita sit insignis TVA eruditio, reliqui vero qui TE audient ipsi testes eius esse possint locupletissimi; et verba mihi deficerent quibus laudibus TE exornare possem, quas indefessa TVA industria merita est qua per totum illud tempus quod litteris in academia nostra dicasti rebus incubuisti iuridicis, et si laudare adeo TE mihi liceret, certe ne ipsam TVAM verecundiam offenderem verendum mihi esset. Procede igitur, AMICE SVAVISSIME in arenam disputatoriam, disputa uti inter nos semper disputasti docte nimirum et erudite, et iis quibus nos TE semper affecimus laudibus, iam publice TE exornatum iri confide. Dabam Ienae, d. VII. Iul. CIOIOCC LXIII.

ORIV

H

Sous





Sous un très-heureux auspice  
 La Déesse des Droits  
 Veut, qu'un digne sacrifice  
 Lui consacre vos exploits  
 Deja le bucher s'allume,  
 L'autel brille, l'enceus fume,  
 La victime s'embellit,  
 Notre Déesse la consume,  
 Thémis même l'accomplit.

HENRI GODEFROI SCHEIDEMANTEL  
 SECRETAIRE DE LA SOC. LAT.

VIRO  
 NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
 IO AN NI SCHIELIN  
 AMICO PLVRIMO COLENDO,  
 S. P. D.  
 IO. AVG. FRID. DE GOECHHAVSEN,  
 VINAR. OPPON.

**L**aetitia qua me adfectum puto, cum me dissentientis munere dignum habuisti, verbis exprimendi, nulla mihi fere est copia. Non possum quin animi grati motus, quos TUA singulari in me beneuolentia, natos sentio, publice in apicium proferam.

Quantus gaudio meo, ex suauitate amicitiae TVAE hausto, accedat cumulus, cum famae TVAE adfrescentis, fulgentissimaeque testis esse possum; arcta qua iungimur propinquitas euidentissime TIBI ante oculos ponat: Summa enim temper perfundor laetitia, si cogitar' orem hanc singularis TVVS in me pronus animus nascitur, TE nunc quam non amore amicitiaque me profecuturum esse.

Valeas igitur! AMICE AESTVMATISSIME meque in posterum omnem nauaturum esse operam, vt beneuolentia TUA mihi carissima pretiosissimaque, de die in diem dignum me reddere possim plane sis persuasus. Dabam. Ienae d. VII. Iulii MDCCCCLXIV.

VIRO



VIRO  
NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
IOANNI SCHIELIN,  
S. P. D.  
CHRISTIAN. GOTTLÖB VOIGT, OPPONENS.  
SOC. LAT. COLL. ORDINAR.

Quam quam inter tot congratulantium voces, quae TE in arenam commitantur, neque noui, neque praecipui quidquam mei plausus perferre ad aures TVAS possunt: tamen quum plures mihi contigerunt opportunitates, quae felici TECUM me vinculo coniungere, nihil superesse persuasum habui, quod, hodie a me prolatum, maiorem TIBI quam aliorum compellationes, creare molestiam posset. Sed iure quodam meo ita mihi ipse persuasi, quem voluisti inter eos reperiri, qui dissentientium personis induti, quantum in legitimis disciplinis feceris progressiones, experiundo simul videant, testesque sint tanto veriores, quanto victoria insignior quam de ipsis, at praesertim de me, es reportaturus. Gratulor TIBI de hoc eruditionis specimine, mihi vero ipse de gloriola, aliquod, licet irritum, aduersus tantam virtutem fecisse periculum. Supremum Numen, TIBI omnia succedere ex voto animique sententia iubeat, vt, quam concitasti expectationem, sustineas non modo, ac tuere, verum etiam superes. Si quid praeterea est in votis, hoc certe est, vt inter amplissima, quae TE manent virtutis praemia, veteris amici memoriam non deponas. Vale, resque TVAS age feliciter. Ienae d. VII. Iul. CIOIOCCCLXIV.

MONSIEUR,

Je m'intéresse trop à tout ce qui vous regarde pour ne pas vous voir sur les bancs avec tout le plaisir, dont je suis capable. La part que je prens au succès de vos études et sur tout à la preuve que vous donnez aujourd'hui de vos lumières, est d'autant plus délin-teressée, que personne ne peut raisonnablement vous porter envie en considération des qualités aimables de votre coeur, qui vous font estimer de tout homme de bien. Comprenez donc qu'il n'y a personne à qui je souhaite plus qu'à vous d'être applaudi. Comme vous

H 2

haïssiez

hâissez la vanité, c'est-la une justice, qu'il faut que le Public vous rende. Aussi n'y manquera-t-il pas parceque vous vous êtes à force d'application acquis la capacité de défendre dignement la dispute, qui mérite par elle même l'applaudissement des Gens de Lettres. vous voulez que je sois un de vos opposans. Eh bien je le ferai. Mais est-ce en ennemi que vous l'entendez. Je vous aime, ma foi, trop, pour l'être même pour quelques momens. Nous discuterons donc, entre nous, en amis, sans pourtant faire tort à notre réputation. Car je tiens, qu'en fait de dispute on peut agir en ami, sans communiquer d'avance les argumens, qu'on veut former, et que l'amitié n'est rien moins que Choquée par le zèle avec lequel on dispute. Je suis sans réserve

## VOTRE

à Jene  
ce 7. Juillet  
1764.

très humble et très obéissant serviteur  
G. C. G. VOELKER de Jene, Etud. en Droits.

Sic nos coronant prospera, sic beant  
Nos laeta, cursu tangere si datur  
Metam secundo, fixa menti  
Quae penitus fuit vna curae.

En! auspiciatus dulcia cernere  
Iamiam laborum TE facit exitus,  
Ardente quos et laude digno  
TE studio subisse iuuit.

Tam fausta quantum fert TIBI gaudium  
Fortuna, quantus crescit honor TIBI!  
Quam suavis et sincera tangit  
Laetitia mea corda sensus

Plenus bonorum dotibus omnium  
Ad magna surgas, et veniens diu  
TE tempus optato referuet  
Praesidio decorique multis.

Haece

et intimae amicitiae animique adplaudentis tesseram adiecit  
IO. GAVPP, Lindania-Acronianus.

*Jena, Diss., 1764-65*


ULB Halle

3

005.360 706







DISSERTATIO IVRIS GERMANICI

DE  
**BONIS**  
**LIBERORVM LINDAVIENSIVM**  
**PROFECTITIIS**  
DEM VERFANGENEN GVTH

QVAM  
PRAESIDE  
**CAROLO FRIDER. WALCHIO**

IVR. DOCTOR. AC PROF. PVBLICO ORDINARIO CVRIAE  
PROVINCIAL. SAX. AC SCABINORVM COLLEGII ADSESSORE  
SOCIETATVM LATINAE IENENSIS EPHORO AC FLOREN-  
TINAE COLYMBARIAE COLLEGA

D. VII. IVL. ANN. CIOIOCCCLXIIII.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVMITTIT  
**IOANNES SCHIELIN**  
LINDAV. ACRONIAN. IVRIVM CVLTOB.

I E N A E  
LITTERIS STRAVSSIANIS.

5, 87.

980.

1764, 8

